¶ Propugnatio ac defen.declaratio unius per alterum:nā ꝓpugnatio eadē quæ & defenſio:niſi ꝙ defēſio quoquomodo fit: ꝓpugnatio p cōtētionē. ¶ Officii tui:in me collati reſtitutione mea:& eſt ſenſus:qđ pro te facio in defendēda tua dignitate. Videt̄ fortaſſe quibuſdā potius a me fieri ex officio & ex debito accepti a te magni bñficii: q̄ qđ ita ſentiā: & iudicē te mereri. ¶ Snīæ:cogitati & pēſati iudicii ¶ Præterea:præter ſupradictos. Præterea interdum eſt ſimpliciter aduerbium ordinis: aut tēporis:ut apud Hora.lib.i.ſermonum:Præterea nec ſic ut qui iocularia ridens Percurram. Interdum habet in ſe pronomen tam ſingularis: q̄ pluralis numeri incluſum. ſingularis: ut Virgi. Si duo præterea tales idæa tuliſſet Terra uiros ideſt præter eum.ſ.Aeneā.pluralis:ut hic præterea.i.præter eos: & apud Ci. ſæpius. & ſignificat non ſolum præter eos uel eum: ſed etiam præter te:ut te doctum exiſtimo præterea neminem.i.præter te.& ſignificat præter me ut mihi credis præterea nemini.i.præter me.& eodē modo ſignificat præter nos: præter uos: ꝑter illos: & eſt aduertenda hæc ſignificatio. ¶ Poſſum eſſe teſtis nemini ſtudii.i.neminem poſſum uere dicere tibi ꝑſtare officium. aut ſtudiū aut animum amicū:nā teſtiū eſt uera dicere. ¶ Et.n. Pom.ſolū Pō.excipit:de quo dicit ſe non poſſe iudicare:quia raro fuerit in ſenatu: cū agebatur de rebus Lentuli. ¶ A me ꝓuocatus: a me inuitatus:& ad loquēdū de te deductus. ¶ Cōmunicar.i.me pticipē facer:mecū cōferre. ¶ Cui: Pō. ¶ Proxime:nuprime. ¶ Quod.i.quārē.ſ. fuiſſe periucundas. ¶ Vel quod intellexerim.i. inq̄ntum intellexerim. ¶ Mihi quidem:laudat Ci.Lētulū ꝙ Pom. a ſe [illegible]natū humaniſſimis litteris ſibi recōciliauerit [illegible] retinuerit. ¶ Humanitas:ideſt māſuetudo ſiue facultas:quæ maxie decet hoiem:uel pro eruditione & doctrina ponitur. Dicit enim.A.G. Humanitas proprie eſt eruditio & inſtitutio:quam in bonas artes dicimus: quas qui ſinceriter cupiunt appetuntq; hi ſunt maxime humaniſſimi: huiuſce.n.ſcientiæ cura & diſciplina ex uniuerſis animantibus uni homini data eſt:ideoq; humanitas appellata. ¶ Vel ſumma potius ſapientia:correctio eſt:nā plus eſt ſapiētia q̄ humanitas:ſi quidē eſt ſapientia humanarum diuinarūq; rerum cognitio & moderatio. ¶ Non iucunda ſo.ſ.fuit. ¶ Sed admirabilis:ideſt magna & laudabilis. ¶ Viſa eſt:& intelligitur admirabilis. ¶ Virum.ſ.Pom. ¶ Deuinctum:aſtrictum:cōiunctum. ¶ Non nihil:aliqđ. ¶ Suſpicantem:male opinātem. ¶ Vel.i.etiā:ut Virg. Vel priamo miſeranda manus. ¶ Illa epiſtola:ſcilicet quam nuperrime miſeras. ¶ Cum ſemper:ideſt & ſemper. ¶ Suſpicioſiſſimo tēpore caninii:ideſt quo tempore omnes ſuſpicabantur caninium interceſſiſſe ſenatuſcōſulto pro te facto: ut faueret Pom.ut uiſum eſt in ſecunda epiſtola. ¶ Perſpectus:cognitus. ¶ Lectis tuis litteris.i.poſt q̄ legit tuas litteras. ¶ Ornamentis: laudibus & honoribus. ¶ Sic habeto:ſic credito:ſic exiſtimato. ¶ De ſententia il.i.ex illius iudicio. ¶ Et auctoritate:ſuaſione.ideſt crede me ſcribere ad te ea quæ ſcribam ita iudicante:& ſuadente Pom. ¶ Quoniam ſenatuſcon.longum eſt hyperbatō:& obſcurus aliquantulum & difficilis ordo: ideoq; explanandus eſt ſic ordo: quare habeto me ſcribere tibi quæ ſcribam ex ſentētia Pom.ſcilicet te.qui teneas Cyprum:& Ciliciā poſſe perſpicere:quid poſſis efficere & conſequi. Quoniam nullū ſenatuſcon.extat.quo reductio tibi ſit adēpta:& quo

Propugnatio.

Defēſio

Præterea

Humanitas

Sapientia

niam ea auctoritas: cui ſcis interceſſum &c ¶ Extat: apparet perſcriptum eſt. ¶ Quo: propter qd. ¶ Adēpta
ſublata: ut alii mādetur. ¶ Eaq;: ſubaudit̃ eua: quoniā interceſſum a Catõe & a Caninio: ut ſupra uiſum eſt.
¶ Nequis omnino: nam erat perſcripta auctoritas .i. ſuaſio & ſententia quorundam ſenatorum: ut nequis re
gem omnino reduceret .i. nec Pom. nec Lentu. nec quiſpiā alius: quod magis ex iracundia quadā horum ſe
natorum quā ex uero iudicio & cõſtanti cõſilio factū eſſe Cice. dicit ideoq; nõ ualere. ¶ Tantā uim habet .i.
tantum ualet. ¶ Studiū uoluntas. ¶ Iratorum hominū: & ideo non poſſunt recte iudicare. ¶ Quam conſi

lū extat: quo reductio regis alexandrini tibi adēpta
ſit. Eaq; quæ de ea re ſcripta ē auctoritas. cui ſcis īter
ceſſum eſſe: ut neqs oīno regē reduceret: tātā uim
habet: ut magis iratorū hoīum ſtudiū: q̄ conſtantis
ſenatus cõſilium eſſe uideatur: te poſſe proſpicere:
q Ciliciā Cyprūq; teneas: qd efficere: quid cõſequi
poſſis & ſi facultatē res habere uideatur ut alexan-
driam atq; Aegyptum tenere poſſis: eſſe & tuæ &
noſtri impii dignitatis. Ptolemaide aut aliquo ꝓpin
quo loco rege collocato: te cum claſſe atq; exercitu
proficiſci Alexādriam: ut eam cum pace præſidiiſq;
firmatis Ptolomæus redeat in regnū. Ita fore ut pte
reſtituat̃: quēadmodū ſenatus initio cēſuit. Et ſine
multitudine reducat̃: quēadmodum homines: reli-
gioſi Sybillæ placere dixerunt. Sed hæc ſentētia ſic
& illis: & nobis ꝓbabatur: ut ex euētu homines de
tuo cõſilio exiſtimaturos uideremus: ſi cecidiſſet ut
uolumus & optamus oēs te ſapiēter & fortiter. Si
aliquid eſſet offenſum eoſdē illos & cupide & teme
re feciſſe dicturos. Quare quid aſſeq poſſis: nõ tam
facile eſt nobis q̄ tibi: cui ꝓpe in cõſpectu ægyptus
eſt: iudicare id. Nos quidē hoc ſentimus ſi explora
tū tibi ſit poſſe te illius regni potiri nõ eſſe cūctandū
Si dubium ſit: non eſſe conandū. Illud tibi affirmo
ſi rem iſtā ex ſentētia geſſeris fore: ut abſens a mul-
tis: quū redieris ab oīb9 collaudere Offenſionē eſſe

lium: prudēs deliberatio. ¶ Teneas: gubernes
¶ Cyprū & Ciliciā: his enī duabꝰ ꝑerat Lētulꝰ
quæ ſunt uicinæ Aegypto. ¶ Conſequi: obtine
re. ¶ Facultatē: poſſibilitatem eius quod ſequi-
tur .ſ. ut poſſis tenere Alexandriam: Atq; Agy-
ptum .i. ut poſſis ire in Agyptum. ¶ Eſſe inter-
eſſe. ¶ Tuæ dig. i. tui honoris. ¶ Et noſtri im-
perii: Romani. ¶ Te proficiſci: ideſt ire. ¶ Cū
claſſe atq; exercitu .i. cum omni apparatu mili-
tari. ¶ Collocato Rege .i. poſito rege īterea: dū
Ptolemais — tu ibis in Aegyptum. ¶ Ptolemaide: quæ urbs
eſt pentapoleos inter ægyptum & affricā olim
Barce — teſte Seruio & Strabõe Barce appellata. ¶ Aut
propin .ſ. Aegypto. ¶ Vt Ptolemæus redeat .ſ. in
patriam. ¶ Cum .i. poſtq̄. ¶ Eam .ſ. Alexādriā:
quæ erat irata Ptolomæo: quē expulerat: ut dixi
Præſidium — mus in primo argumēto. ¶ Præſidiis .i. tuis mi-
litibus poſitis ad tutelam loci anteq̄ Rex redu-
catur: nam præſidium dicitur quod ponitur ad
tutelam alicuꝰ loci uel perſonæ ante periculū:
& dicitur a præ & ſedeo: eſt autem quā dicimus
Subſidium — mutationem loci uel perſonæ. Subſidium uero
quod datur in periculis a ſubſidendo: & eſt quē
dicimꝰ uulgo ſuccurſum. ¶ Ita fore .i. ita futurū
& ſubauditur: ſic habeto ita fore. ¶ Initio: ante
diſceſſum. ¶ Lentuli: ut eſt uiſum ſuperius.
¶ Sine multitudie: ſine exercitu magno. ¶ Re
ligioſi: obſeruatores religiõis. ¶ Illi: Pompeio.
¶ Probabatur: approbabatur: placebat. ¶ Vt ui
deremus: cognoſceremus. ¶ Exiſtimaturos: iu-
dicium facturos. ¶ Ex euentu: ex eo quod uel
bene uel tibi eueniſſet. ¶ Cecidiſſet: ſimplex
pro compoſito: ideſt ſi accidiſſet. ¶ Te ſapien-
ter & fortiter: ideſt cum magno conſilio & ani-
mo: ſubauditur dicturos feciſſe. ¶ Offenſum:
ideſt læſum erratum: [illegible]ſpitatum. ¶ Eoſdem il.
qui fuiſſent te laudaturi: ſi accidiſſet ut uolumꝰ.
Fortitudo — ¶ Dicturos: ſubaudi habeto dicturos. ¶ Cupide: ex appetitu contra id quod dixit ſapienter. ¶ Temere: ideſt
inconſiderate contra fortiter. Nam fortitudo eſt conſiderata periculorum ſuſceptio: & laborum perpeſſio cū
Temeritas — ratione utilitatis: cui contraria temeritas. ¶ Aſſequi: efficere de hac reductione. ¶ Nobis: qui ſumus remoti.
¶ Prope: fere. ¶ In conſpectu: ante oculos. ¶ Nos quidem: quaſi dicat: quicquid tibi uideatur ego ita ſen-
Potior — tio. ¶ Sentimus: iudicamus. ¶ Exploratum: certum. ¶ Potiri illius regni: ideſt obtinere illud regnum:
ſcilicet Agypti: potiri autem eſt aliquid cum difficultate aut deſiderio aſſequi: ut potior amica: & Cæſar
tandem potitus eſt Gallia conſtruitur autem cum ablatiuo: ut apud Virgilium libro primo æneī. Egreſſi
optata troes potiuntur harena. & cum genitiuo: ut apud Ciceronem in epiſtola ſequenti. ¶ Ocium exoptan
dum eſt quod ii præſtaturi uidentur: qui rerum potiuntur. Interdum etiam iungitur cum accuſatiuo: ſed in
raro uſu: ut Terenti. patria potitur commoda: & frequentius eſt tertiæ coniugationis in uerbo excepto infini
tiuo: ubi ſequitur quartam ſicut etiam in participio. ¶ Cunctandum: morandum. & ſubauditur nos hoc ſen-
timus. ¶ Non eſſe conandum: ideſt tentandum: ut Virgi. Ter conatus ibi collo dare brachia circum. Eſt
Conor — enim conari fruſtra aliquid tentare & experiri: ut Achelous uerſus in taurum conatus eſt Herculem uince-
re. & Eunuchus conatus eſt mulierem comprimere. ¶ Non eſſe conandum: quia turpius eſt repelli ab ali-
quo negocio q̄ nunquam eſſe aggreſſum. ¶ Affirmo tibi: certiſſimum dico. ¶ Rem iſtam: ideſt reductionē.
¶ Ex ſentētia: ideſt ex propoſito ſcilicet tuo: ideſt ut tu cupis. ¶ Fore: futurum. ¶ Cum redieris ab omnibus
collauderis: quia præſentia tua faciet ut aliqui te laudent: qui abſentem non laudaſſent. ¶ Offenſionem: ideſt
errorem ſcilicet tuum in reducendo rege. ideſt ſi quid ceſpitauris in reducendo Rege: periculoſum eſſe uideo:
propterea q dicēt te feciſſe contra religionem & auctoritatē eorum: qui interpratabantur Sibyllina carmina.

¶ Auctoritatem:

❡ Auctoritatem: ſententiam: uel poteſt eſſe endiadis: ut ſi propter auctoritatem & religionem: ideſt propter
auctoritatem religioſis: uel melius auctoritatem Catonis & Caninii & aliorum quos ſuperius religioſos appel
lauit: qui dicebant ſine multitudine reducendum regem. ❡ Sed ego te: oratio in qua ego pponitur uerbo ſem
per grauitatẽ & ueritatẽ præ ſe fert: ut Virg. æneidos libro. iiii. Ego te quæ plurima fando Enumerare uales: nũ
quã regina negabo Promeritam. Sunt multa alia exempla tum apud Ciceronem tum uero apud Teren. &
alios. ❡ Ego te: dat cõſilium Lentulo: & ſic adhortatur eum ad ſuſcipiendam prouinciam reductionis regiæ:

periculoſam pp ĩterpoſitã auctoritatẽ religionẽq; ui
deo. Sed ego te ut ad certã laudẽ adhortor. ſic a di-
micatõe deterreo. Redeoq; ad illud qđ initio ſcripſi:
totius facti tui iudicium: nõ tam ex conſilio tuo: q̃ ex
euentu homines eẽ facturos. Quod ſi hæc rõ rei ge
rendæ periculoſa eẽ tibi uidebitur: placebat illud: ut
ſi res amicis tuis: qui p prouinciã ĩperii tui pecunias
ei credidiſſent: & fidẽ ſuã præſtitiſſent: & auxiliis eũ
tuis & copiis adiuuares: eam eſſe naturã & regionẽ
prouinciæ tuæ: ut illius reditũ uel adiuuãdo cõfirma
res: uel negligẽdo impedires. In hac ratiõe quid res:
quid cauſa: quid tempus ferat: tu facillime optimeq;
perſpicies. Quid nobis placuiſſet ex me putaui po-
tiſſimum te ſcire oportere. Quod mihi de noſtro
ſtatu: de Milonis familiaritate: de leuitate & imbecil
litate Clodii gratularis: minime miramur: te tuis ut
egregium artificẽ præclaris operibus lætari. Quãq̃
eſt incredibilis hominũ peruerſitas: grauiori enim
uerbo uti nõ libet: q̃ quos fauendo in cõmuni cauſa
retinere potuerunt: inuidẽdo abalienauerũt. Quorũ
maliuolẽtiſſimis obtrectatiõib9: nos ſcito de uetere
illa nr̃a diuturnaq; ſentẽtia prope iam eſſe depulſos.

ſi res uidebitur habere facultatem: ut ex ſen-
tentia confici poſſit. ita deterreret & dehor-
tatur eum a dimicatione: ideſt ne ſuſcipiat rem
ſi habuerit litem & difficultatem: ita ut ne-
ceſſe ſit deuenire ad dimicationem. ❡ Re-
deoq; ad illud: commemoratio eſt exornatio Cõmo-
rhetorica: quoniam eandem ſentẽtiam ſæpius moratio
repetit. ❡ Ex conſilio: ex ſententia. ❡ Quod
ſi hæc ratio: tertium conſilium quo poſſit
reducere regem non offenſa auctoritate ſe-
natus: ut ipſe rex ſeſe fide obliget prouinciali-
bus Lentuli: qui ei pecuniam credant qua poſ
ſit aliquos milites conſcribere & cogere: ita
tamen ut Lentulus ſuis copiis eum adiuuet.
Dicit enim eã eſſe naturam prouinciæ quæ ſit
uicina ægypto: ut ſi Lentulus uelit ipſum adiu
uare: omnino redeat in regnum. Si uero negli-
gat eũ adiuuare: idẽ ſit quaſi impediat ipſum
quoniã niſi Lentulus uiuus ſit ei fauere: neq;
ægyptus eũ recipiet: neq; ipſe rex ſol9 qcq̃ effi-
cere poterit. ❡ Confirmares: ſtabilires. ❡ Vel
negligẽdo .i. non curando .i. reditũ ipſius regis.
❡ Quid nobis placuiſſet: dicit ſe ſcripſiſſe de
hac re intuitiõe ea q̃ ſibi uidebant̃ eſſe faciẽda.
❡ Quod mihi de noſtro ſtatu: alia ps epiſtolæ
in qua reſpõdet Lẽtulo. qui ei gratulatus fuerat
q̄ haberet Milonem amiciſſimum: & q̄ omni
bus conſtaret Clodium imbecillem & leuẽ ho
minem eſſe qui nulla re offenſus a Cice. ab eo
tamen alienatus eſſet: non culpa Cicerõis. ſed
quod uideret Milonem inimicum ſuum fami
liarem Ciceroni. ❡ De noſtro ſtatu: qui etiam
nũc aliquã auctoritatẽ & dignitatẽ in rep. retinemus. ❡ Leuitate: uilitate. ❡ Et ibecillitate: incõſtãtia. Hoc aũt
dixit: quia cũ fauore Cæſaris & Craſſi factus fuiſſet Clodius tribun9 plæbis ea mercede ut Ciceronẽ e ciuitate
eiiceret: Pompeio nihil audente aduerſari cũ hoc feciſſet. reſtitutus poſtea Cicero ſtuduit Clodiũ quẽ habue-
rat infeſtiſſimum: ſibi reconciliare: ne amplius eius ſeditionibus uexaretur: ſed ille non [illegible] amicitia:
quia uidebat Ciceronem familiariter uti Milone: quem ipſe maxime ſibi inimicum cognoſcebat: ideo ap-
pellat eum leuem ideſt contemptibilem: & nullo honore dignum. & imbecillum: ideſt inconſtantem: quia
aliena culpa eum deſeruerit: neq; enim apud uiros graues aliena culpa nobis obeſt. ❡ Gratularis. cauſa mea Gratu-
gaudes: gratulamur enim & gratamur aliis: ideſt aliorum cauſa: gaudemus nobis. ideſt cauſa noſtra: ut lor
idem Cicero libro ſexto: Tibi gratulor: mihi gaudeo. Sed gratari eſt ſolum poetarum: gratulari uero Grator
& poetarum & oratorum. ❡ Non miramur: utitur quadam ſimilitudine ſumpta ab artifice: quæ talis Gaudeo
eſt: ſicut egregius artifex delectatur ſuis præclaris operibus: ita non miror te qui quaſi artifex me fabri-
caſti & feciſti: cum ab exilio reuocaſti delectari. ❡ Tuis operibus: ideſt me qui ſum opus tuum. ❡ Quan Peruer-
quam eſt incredibilis hominum peruerſitas: ac ſi dicat non eſt tamen nobis tanta fœlicitas in noſtro ſtatu: ut ſus
omnino nobis gratulandum ſit. ❡ Peruerſitas: iniquitas: malignitas: nam peruerſus dicitur qui a bo- Peruer-
no in malum uerſus eſt. ❡ Incredibilis: maxima quæ uix credi poſſit. ❡ Grauiori enim uerbo. ideſt acer- ſitas
biore: ut putaſi dixiſſet proditio: uel perfidia: uel aliud tale. ❡ Fauendo. ſi fauiſſent. ❡ In communi cauſa .i. in Obtre-
cauſa & utilitate reipubli. ❡ Abalienauerunt: remouerunt. ❡ Inuidendo: dum inuiderent laudibus & ctatio
uirtutibus meis: effecerunt ut a defenſione reipubli. alienatus ſim. ❡ Obtrectationibus. aduerſationibus Obtre-
& oppugnationibus: nam obtrectare eſt contra recte tractantes facere: ut uo. uit ſeſtus. ❡ Diuturna a diu ctare
plus eſt quam ueteri. ❡ Sententia: deliberatione & iudicio: ſemper defendendi rempublicam. & pluris faciẽ-
di eam quam ſalutem propriam. ❡ Depulſos: contra uoluntatem ammotos: nam depellimur re grata & iu
cunda: ut Virgili. Depulſos: a lacte domi quæ clauderet agnos. ❡ Prope. fere: ut oſtendat ſe poſſe adhuc per-
manere in ſententia: ſi illi deſinant ei obtrectare: & in malum uertere: quæ pro republi. recte & utiliter faciat.

Non nos quidē ut noſtræ dignitatis ſim9 obliti: ſed ut habeamus rationem aliquando: & ſalutis. Poterat utrunq; præclare: ſi eſſet fides: ſi grauitas in hominibus cōſularibus. Sed tāta eſt in pleriſq; leuitas: ut eos non tam conſtantia in republica noſtra delectet: quam ſplēdor offendat. Quod eo liberius ad te ſcribo: qui non ſolum temporibus his quæ per te ſum adeptus: ſed etiam olim naſcēti prope noſtræ laudi dignitatiq; uirtutiq; præfuiſti. Simul quod uideo nō ut ante hac putabam nouitati eſſe inuiſum meæ. In te enim homine omnium nobiliſſimo ſimilia inuidorum uita proſpexi: quem tamen illi eſſe in principib9 facile ſunt paſſi: euolare altius certe noluerunt: gaudeo tuam diſſimilem fuiſſe fortunam. Multum enim intereſt utrum laus minuatur: an ſalus deferatur: Me meæ tamē ne nimis pœniteat: tua uirtute perfectum eſt. Curaſti enim: ut plus additū ad memoriam nominis noſtri: q̄ ademptū ſe fortuna uideretur. Te uero admoneo tū beneficiis tuis: tum amore incitatus meo: ut omnē gloriam ad quā a pueritia inflāmatus fuiſti: omni cura atq; induſtria conſequare. Magnitudinemq; animi tui: quam ego ſemp admiratus ſum: ſempq; amaui: ne unq̄ iflectas

❡ Non nos quidem: dicit Cicero ſe non deſtitiſſe a ſententia iuuandæ reipubli. q ignoret & oblitus ſit: q̄d dignitas ſua poſtulet: ſed ut etiam habeat reſpectum & curam uitæ ſuæ: quæ eſſet in periculo ſi contra uoluntatem iſtorum maliuolorū & inuidorū ageret. ❡ Non nos quidem. ſ. ſcito eſſe depulſos. ❡ Vt. i. quia. ❡ Simus obliti: ideſt immemores. ❡ Noſtræ dignitatis: quid dignitas noſtra exigat: quæ ſuadet ut rempublicam tueamur. ❡ Aliquando: tandem: ac ſi dicat: poſt multa pericula. ❡ Salutis. i. uitæ ut ſaluus eſſe poſſim. ❡ Vtrūq;. ſ.
Conſulares & dignitatis & ſalutis haberi ratio. ❡ Præclaræ: optimæ. ❡ Grauitas: conſtantia. ❡ Conſulares: conſulares dicebantur qui aliquando conſulatum geſſiſſent:
aut etiam qui conſulatu digni eſſent ut Cice. in
ſenus libro. iiii. ad Seruium ſulpitium. Nam &
Q. u. Maximus qui filium conſularem magnis
rebus geſtis amiſit. ❡ Sed tanta eſt in pleriſq;:
ſenſus eſt: ſed multi adeo ſunt leues: ut potius
eis diſpliceat ſplēdor meus & gloria: quam ade
ptus ſum in repu. q̄ conſtantia mea & ſtabilis p
Leuitas ſeuerantia eos delectet. ❡ Leuitas: leuitas non
inconſtantia: ut quidam male interpraetant̄ ſed
ut Gellius & qui recte ꝓprie atq; integre loquū
Leuis tur. ſentiūt: leuitas eſt q̄ a nobis uilitas dicit̄: &
leues quos nos uiles & nullo honore dignos di
cimus. M. T. ii. Antonianarum: Nam cum ge-
nus quoddā ſordidiſſimæ uitæ atq; uictus. M.
Antonii idem modo ſtraturus eſſet: q in cau-
pona deliteſceret: quod ad ueſperum perpota-
ret. & ore inuoluto iter faceret ne cognoſceret̄:
Hæc & alia huiuſmodi quum dicturus eſſet: ui-
dete: inquit hominis leuitatem tāq̄ prorſus iſta
dedecora hoc uitio notarentur: ergo leuitas. i.
uillitas: ignauia. ❡ Liberius: audentius: non ti-
mide: ingenue. ❡ Quæ ſum adeptus p te: quia
tu ex cauſa ut nunc ſum in rep. ❡ Sed olim: an
tequam miſſus ſum in exilium. ❡ Prope: fere.
❡ Naſcēti. incipiēti. ❡ Præfuiſti: fauiſti: iuuiſti.
Noui ❡ Simul. i. etiā. ❡ Nouitati meæ: nouos homi
homies nes: ut inquit Seruius: appellamus eos: quorū
nulli maiores clari ſunt: ſed per ſe ipſos cum pri
mum magiſtratum in repu. adepti ſunt. cuius
ſignificationis exempla multa ſunt apud Cice
ronem: ergo hic nouitati meæ: ideſt mihi homi
ni nouo qui per me nixus ad dignitates aſcen-
di: non ratione meorum maiorum. Neq; enim omnino accedamus his qui dicunt nouos homines eos eſſe:
qui nullā adhuc dignitatem aut magiſtratum geſſerunt. ❡ In te enim: arguit q potius inuiſum ſit ſuæ uirtuti
q̄ nouitati: propterea quod ſi inuidiſſent nouitati. non inuidiſſent Lentulo. qui non eſt nouus: ſed habuit ſuos
maiores clariſſimos: cui dicit uehæmenter eſſe inuiſum: quoniam non paſſi ſunt eum excellere cum poſſet.
❡ In principibus: ideſt inter primarios: quaſi diceret inter multos. ❡ Altius euolare: altius aſcendere: & quodammodo excellere: & eſſe ſupra alios quaſi ſolum. ❡ Noluerunt: ſcilicet homines leues & maliuoli. ❡ Euolare: tranſlatio ſumpta ab auibus accommodata ad homines & dignitates: & ad altiora aſcendentes: ut Horatius libro primo epiſtolarū. Maiores pœnas nido extendiſſe loqueris. ❡ Diſſimilem: ſcilicet meæ: quia plus eſt lædi in Salute quam in dignitate quod declarat cum dicit. ❡ Multum intereſt: ideſt multum diſtat. ❡ Minuatur: non tollatur penitus: quia ſi etiam non fueris aſſecutus quod cupis. non tamen amittes omnem laudem & dignitatem tuā. ❡ Deferatur: quod plus eſt quam minui. ❡ Meæ: ſcilicet fortunæ. ❡ Tua uirtute: tua liberalitate in me reſtituendo præſtita. ideſt feciſti ut non multum poſſim queri de fortuna mea: quia non paſſus eſt diutius me exulem eſſe. ❡ Curaſti enim: ratio ſuperioris propoſitionis: dediſti enim operam ut plus laudis: & gloriæ compararem poſt reditū: quam amiſiſſem fortunarum cum exulaui. ❡ De fortuna: de bonis fortunæ: quæ multa amiſerat dirutis etiam ædibus ſuis a clodio. ❡ Te uero: nunc admonet & hortatur Lentulum: ut ita gerat prouinciam: ut ad laudem comparatā olim in conſulatu ſuo optime geſto: addat etiā magnam adminiſtratæ prouinciæ gloriam. Id antem ſecum ex officio debito tum ex beniuolentia conſulere dicit. ❡ Incitatus: adductus: coactus. ❡ Amore meo: erga te. ❡ Conſequare: acquiras. ❡ Induſtria: ſolertia.
Magna ❡ Magnitudinem animi tui: ideſt magnanimitatem tuam. Sed aduertendum q magnanimus: &
nimus magnanimitas ſolum conueniunt poetis. nam oratores dicunt magni animi uel magno animo uirum
Magna pro magnanimo: & magnitudinem animi pro magnanimitate. ❡ Admiratus: laudaui tanquam egre-
nimitas giā. ❡ Inflectas: mutes: uertas ab inſtituto. ❡ Opinio: ſecūdū Seruium eſt ſpes: ut. M. T. Ad Cæſarem. Poſt

hac quod uoles

hac quod uoles a me fieri: ſcribito unicam opinionem tuam: ideſt ſpem. Idem officiorum tertio. Opinionem Opinio
afferunt populo eorum ſimiles fore quos ſibi delegerint ad imitādum: Opinio etiam ſecundum Noniū Marcellum ſignificat famam: ut Cicero ad Cæſarem iuniorē libro primo. Erat opinio bona de Piantio: bona de Lepido: ergo hic poſſumus itelligere p utroq;. ¶ Magna ē opinio. i. ſpes uel fama de te: ſed melius hic p fama ponit ut ſit ſenſus: multū: & honorifice ab hominibus nominaris. ¶ Cōmēdatio: laudatio. ¶ Liberalitatis: ſcilicet tuæ. ¶ Memoria conſulatus tui: ideſt omnes libenter recordantur ea: quæ præclariſſima geſſiſti in cōſulatu tuo. ¶ Hæc: a te ante geſta & cōmendationem tuæ liberalitatis: & memoriam tui cōſulatus. ¶ Expreſſiora: manifeſtiora & ueriora: tractum ab imaginibus quæ exprimūt & repræſentant eos: ad quorū ſimilitudinē ſūt factæ. ¶ Illuſtriora: clariora: & excellētiora. ¶ Aliq̄tulū lau. aliq̄ ps laudis. ¶ Acceſſerit: additū fuerit. ¶ Ex puin. atq; ex impio: quia ꝑerat & ꝓuinciæ & exercitui ſimul. ¶ Quam: ſcilicet pecuniam. ¶ Volo: cupio. ¶ Gerere administrare. Quæ p exercitum: ſubauditur in his quæ gerenda ſunt administranda. ¶ Per imperium: per magiſtratū: ideſt per proconſulatum tuū. ¶ Meditere: meditari ſignificat diſcere: excogitare: & exercere: Meditor
unde meditatio militaris: ideſt exercitatio: uidetur hic eſſe expoſitio uel potius interpretatio: Meditatio militaris
quoniam non iterat idem uerbum: ſed mutat id quod poſitum eſt alio uerbo: quod idem ualet: nam hæc omnia uerba hic poſita ad idem fere ſignificatum referuntur. ¶ Meditere: i. animo proponas: excogites. ¶ Senatus: ideſt iudices. ¶ Quin: ut non. ¶ Adeptus: tu adeptus & cōſequutus. i. poſtq̄ fueris adeptus. ¶ Summū gradum: ſummum ſtatū: ut præſis alis. ¶ Mea cohortatio: admonitio: ſed ut uitaret arrogātiā: maluit appellare cohortationem. ¶ Inanis: uacua: ſine pōdere. ¶ Sine cauſa: ideſt ſine aliquo iuſto reſpectu. ¶ Illa ratio: ille reſpectus. ¶ Mouit me: ut putarem te admonēdum ideſt ſuaſit mihi: ut te admonerem ex his quæ utriq; noſtrū

cuiuſquā iniuria. Magna ē hoīum opinio de te: magna cōmēdatio liberalitatis. magna memoria cōſulat9 tui. Hæc pfecto uides quāto expſſiora: quātoq; illuſtriora futura ſūt: quū aliquātulum ex prouincia: atq; ex impio laudis acceſſerit. Quanq̄ te ita gerere uolo quæ p exercitum atq; impeiū gerenda ſunt: ut hæc multo añ meditere. Huc te pes: hæc tu cogites: ad hæc te exerceas: ſentiaſq; id qd quia ſemp ſperaſti: ñ dubito quin adept9 itelligas te facillime poſſe obtinere ſūmum atq; altiſſimum gradum ciuitatis. Quæ quidē mea cohortatio: ne tibi inanis aut ſine cauſa ſuſcepta uideretur: illa me ratio mouet: ut te ex noſtris euentis cōmunibus admonēdum putarem: ut cōſiderares in omni reliqua uita quibus crederes quos caueres. Quod ſcribis te uelle ſcire q ſit reipu. ſtatus. Summa diſſenſio ſed contentio diſpar. Nam qui plus opibus: armis: potentia ualēt: perfeciſſe tantum mihi uidentur ſtulticia & inconſtātia aduerſariorum: ut etiam auctoritate iam plus ualerent. Itaque perpaucis aduerſantibus omnia quæ ne per popu-

euenerūt: ut conſiderares poſt hac quibus credendū: & quibus nō credendū eſſet. ¶ Euentus: dicimus & euen Euētus
ta in neutro genere pro his quæ caſu aut fortuna nobis eueniunt: tam mala q̄ bona: licet Donatus in Ecyram Euenta
Terentii dicat: Euentus eſſe tantū de rebus bonis. ¶ In oī reliqua uita: ideſt in tota uita q̄ tibi ſupeſt. ¶ Quos caueres: quos uitares. ¶ Crederes: fideres: nam credere ſignificat fidere: ut Virgili. in Buccolicis. O formoſe puer nimium ne crede colori. ¶ Quod ſcribis: alia pars epiſtolæ reſponſiua de ſtatu reipubli. præcipueq; de Credo
Cæſare: qui tunc erat in Gallia: cui de prorogando imperio in aliud quinquennium de cernendo ſtipendio agebatur in ſenatu de qua re erant uariæ ſententiæ. Alii enim dicebant mittendum eſſe qui ei ſuccederet. alii indignum eſſe aliū mitti qui iā tot gentibus uictis Cæſarianæ laudis gloriam interciperet. Itaq; cum ille aucto re Plutar. rebus Galliæ optimæ diſpoſitis in ciſalpinam traiecíſſet: clariſſimi & ampliſſimæ auctoritatis uiri complures Lucam ad eum uenerunt. Pompeius Craſſus: & Sardiniæ prætor Appius: & Nepos hiſpaniæ proconſul: ita ut lictores centum: & uiginti ſenatorii ordinis circiter ducentos fuerint. hi conſilio conſtituto decreuerunt Craſſum ac Pompeium deſignare conſules: oportere pecunias Cæſari ſuppiditari: & belli administrationem in aliud quinquennium prorogari. Quæ res a prudentibus iniquiſſima iudicabatur. hæc Plutar. Itaq; Cicero. nunc dicit. ¶ Summa diſſenſio: ideſt ſententiarum uarietas. ¶ Contentio: certatio. ¶ Diſpar: propter id quod ſubdit. ¶ Nam qui plus opibus: ſenſus eſt: qui enim ſunt ditiores & potentiores tantum perfeciſſe uidentur: quia habuerunt ſtultos & incōſtantes aduerſarios: ut ſicut plus ualent opibus: ita etiam plus ualeant auctoritate ideſt plus credatur quicquid ſenſerint & ſuaſerint. ¶ Stultitia: quaſi dicat nulla alia ratiōe niſi quia aduerſarii qui cōtra cæſarem ſentiunt: ita ſunt ſtulti: ut neſciant tueri cauſam ſuam: & inconſtantes: ꝙ in eo ꝙ ſemel pro republi. ſenſerit: perſeuerare non poſſunt. Ideoq; dicit Cicero. Stultitia & incōſtantia nō iuſtitia aut honeſtate cauſæ: ſed quia non habent qui aut ſciant aut uelint reſiſtere. ¶ Auctoritate: fide & grauitate ſententiarum. ¶ Paucis aduerſantibus: ideſt repugnantibus: quia pauci erant qui auderēt cōtra Craſſū Pom. & reliquos uiros magnæ auctoritatis ſentire. Et quāuis ipſe Cice. hic dicat ſibi non probari quæ de Cæſare erāt decreta: tamen in oratione quam habuit de prouinciis conſularibus: longe aliter dicit: ubi oſtendit ſe cenſuiſſe ꝓuinciam Galliā iterum Cæſari decernēdā: & decem legatos: & tandem in ſe gratiam Cæſaris propter reipub. utilitatem rediiſſe. ¶ Ita: aliter loquitur in epiſtola apud amicum: aliter in oratione apud ſenatū.

lum quidē ſine ſeditiōe ſe aſſequi arbitrantur: per ſenatum conſecuti ſunt. Nam & ſtipēdium Cæſari decretum eſt: & decem legati: & ne lege ſemprōia ſuccederetur: facile perfectum eſt. Quod ego ad te breuius ſcribo: qa me ſtatus hic reipu. nō delectat. Scribo tñ ut te admoneam: ꝙ ipſe lr̄is oib9 a pueritia deditus: experiendo tamen magis ꝗ̄ diſcendo cognoui: tu tuis rebus integris diſcas: neq; ſalutis noſtræ rōnem habēdam nobis eſſe ſine dignitate: neq; dignitatis ſine ſalute. Quod mihi de filia & ď Craſſipede gratularis: agnoſco humanitatem tuam: ſperoq; & opto nobis hanc coniunctionē uoluptati fore. Lentulum noſtrum eximia ſpe: ſumma uirtute adoleſcētem cum cæteris artibus: quibus ſtuduiſti ſemper ipſe: tum in primis imitatione tui fac erudias. Nulla enim erit hac præſtantior diſciplina. Quem nos & quia tuus: & quia te dignus eſt filius: & quia nos diligit ſemperque dilexit in primis amamus: charumq; habemus. Vale.

Mar. Tu. Cice. L. Pro conſuli. Salutem dicit.

DE omnibus rebus quæ ad te ꝑtinent: quid actum: quid conſtitutum ſit: quid Pōpeius ſuſcepit optime ex Emplatorio cognoſces: qui non ſolum interfuit his rebus: ſed etiam præfuit.

¶ Sunt conſecuti: ideſt obtinuerunt. ¶ Per ſenatum: ſenatu cōcedēte. ¶ Quod ne ꝑ populum quidē: quia facilius cōcedit populus qui minus intelligit: ꝗ̄ ſenatus. q. d. plus obtinuerunt ꝗ̄ ſperabant: quia quod uix a populo qui minus conſiderat ſe impetraturos ſine ſeditione ſperabāt: impetrauerūt etiam a ſenatu: qui ſolet maturius deliberare. ¶ Nam & ſtipendium: dicit quid aſſecuti ſint ut ſtipēdium .i. pecuniæ ſuppeditarentur Cæſari. ¶ Et decem legati: quos Cæ. petiuerat ſibi dari. ¶ Perfectum eſt: obtentū & impetratum eſt. ¶ Ne ſuccederēt: Cæ. i. Gallia. Lege ſempronia: qua non licebat eſſe ultra id tēpus: quod prius fuiſſet conſtitutum: nam Cæſar miſſus fuerat i galliā: tm̄mō ꝑ unū quiquēniū: quo finito lege ſempronia conſtituebat ei ſucceſſor: qui ne ei mitteretur: perfectum eſt ab amicis Cæſaris: quia pauci reſiſtebāt eis. ¶ Nō delectat me: nō placet mihi. ¶ Scribo tñ: philoſophicum conſilium magis ex ſchola peripateticorū ꝗ̄ ſtoicorū: q ſolam uirtutem & honeſtatem per ſe ſolam appetendam uolunt: peripatetici āt ēt pp aliā. Dicit igiť & ꝗ̄uis ſcribat breuiter: ſcribit tñ ut admōeat ipſ; Lētulū: id qd ꝗ̄uis fuerit deditus oibus litteris a Pueritia: tamen magis experientia quam diſcendo didicit: ut donec res eius ſunt itegræ & imutatæ & in ſolito ſtatu. diſcat non eſſe quærendam ſalutem & uitam: quæ ſit futura ſine dignitate: neq; etiā quærendam dignitatem cum periculo ſalutis. Itaq; conſuluit: ut utriuſq; habeatur ratio propter utranq;. ¶ Experiendo: re ipſa probando: & ita dat maiorem fidem conſilio ſuo: quoniā res experientia cognitæ certiores ſunt: ꝗ̄ quas ex libris diſcimus. experientia enim ut uulgo dicitur facit artem. ¶ Quod ipſe deditus: ſubauditur ꝗ̄uis deditus. ¶ Rebus integris in priſtino ſtatu manentib9. ¶ Habendam rationem: habendum reſpectū & curam. ¶ Salutis ſine dignitate: quæ enim uita eſſe poteſt: quæ ſit ſine dignitate. ¶ Neq; dignitatis ſine ſalute: quid enim prodeſt ſummis fungi dignitatibus ſine incolumitate & ſalute. Monet igitur ut curet dignitatē: ſed tamen ne ad eam ita cōtendat: ut ſalutē ſuam in diſcrimen & manifeſtum periculum conticiat: aut agendo: aut ſentiendo cōtra potentiores: quēadmodū ipſe Ci. ante fecerat: contra Craſſum & Cæſarem & Clodium. ¶ Quod mihi de filia: duobus generis collocauit Ci. filiam ſuam Tulliā: primū Piſoni Craſſipedi qui parū cū ea uixit. poſt eius mortē tradita eſt Dolobellæ: eo tpe quo Cice. ꝑerat ciliciæ: ut infra epiſtolā Cice. cognoſcemus. ¶ Nūc autē reſpondet Lentulo: qui gratulatus fuerat ei de matrimonio filiæ & Craſſipedis: quod dicit ex humanitate Lētuli fieri. ¶ Et opto: a diis peto: quorū beneficio hoc cōſequi poſſum: ut hæc cōiūctio & affinitas mihi ſit futura uoluptati. ¶ Lentulū no. more amicorum loquitur: nā filiū lentuli ſuum dicit: erat hic Lentulus adoloſcēs Lentuli filius: quē ut inſtituat tum artib9 liberalibus ſicut cœpit: tum uero multo magis exēplo & imitatiōe ſui hortať. ¶ Artib9: liberalib9. ¶ Studuiſti: operā dediſti. ¶ Nulla diſciplina: nulla eruditio & inſtitutio. ¶ Præſtantior: melior: excellētior. ¶ Hac: quā ex imitatōe tui accepit: ut eni; mala exēpla domeſtica ad corrūpēdos aīos ualent: magnis cū ſubeant aīos auctoribus: ut inquit Iuue. ita probitates & bona exēpla parētū & ſeniorum maxime inſtituūt adoleſcētiā. ¶ Quem nos: dicit hūc adoleſcētē a ſe duplici de cauſa amari: & quia ē filius dignus tali pr̄e: & quia ab eo & diligiť & ſemp dilect9 eſt: æquū eſt. n. ut a quibus amamur: eoſdē redamemus. ¶ Filius dignus te: bono ingenio boniſq; moribus: ſicut tu es.

DE oib9 reb9: Ci. i hac epiſtola excuſat ſe apud Lētulū: ꝙ nō ſcribat de reb9 ꝗ̄ ad eū ꝑtinēt: qa poterit meli9 de is intelligere ex Emplatorio ei9 amiciſſimo: quē dicit oib9 eius rebus i ſenatu tractatis interfuiſſe & ēt ꝓfuiſſe: deinde docet eūdē quo ſtatu ſit reſpubli. oſtēditq; ſe maxime hærere uolūtati Pōpeii: cū alii male de repu. ſentiāt: ita ut potius iā exoptet ociū & uocationē ꝗdā a repu. ꝗ̄ adminiſtrationē. Oſtēdit deide Cl. Pō. ualde amicū eē Lētulo: ita ñ dubitet Lētulū oīa poſſe fauor Pō. conſequi. & ad hoc ſe uſurum omni diligentia. Poſtremo dicit res Lentuli maiori ſibi curæ eſſe ꝗ̄ omnes res ſuas: nihiloq; poſſe pro eo tantū facere: ut pl9 nō debeat ꝗ̄ poſſit. ¶ Actū: tractatū ꝗ̄tū ad ꝑteritū. ¶ Cōſtitutū: ad futurū. ¶ Suſcepit: arripuerit: ſupra ſe accepit cā tui. ¶ Interfuit: & ꝓfuit: qd differat. Vide ſupra in epiſtola: ꝗ̄ gerantur. ¶ Ex eodē Emplatorio. ¶ Rerū cōmutādarū: rerū publicarū. ¶ Atq; ita ſiūt i ꝑtate amicorū M. Craſſi. Cæſaris & Pō.

Experiētia

Interſuz

Cæſaris & Pom. nam & ſi Cæſar aberat: inierat tamen fœdus cum Craſſo & Pō. ut ipſi cōſulatū peterēt: ſe. n. eis auxilio ad hoc futurū multos ad ſuffragia milites mittendo: qui cū cōſules declarati fuiſſent: ꝓuincias exercitusq; decreuerūt: Cæſari Gallias in aliud quīquēniū aſſignauerunt. auctor Plutarchus in uita Pom. ¶ Nullā mutationē: quia adeo ſunt potētes: ut ex eorū manu adminiſtratio reipu. nr̄a ætate nullo modo tolli poſſe uideatur. ¶ Vt debeo: propter tua erga me merita. ¶ Tute. tu nā te additio eſt magis q̄ cōpoſitio: & breuis eſt te: & additur ſolū noīatiuo: nō ēt aliis caſibus. ¶ Præcepiſti mihi: nō iuſſiſti ſed inſtituiſti & docuiſti. nā ꝓcipere eſt docere: unde præceptor & ꝓceptū: quod: ut ait Seneca. epiſtola. lxxxvi. eſt particulare ad bene uiuendū documentum: ut cū præcipitur quid uir uxori: quid uxor uiro debeatur: quid ciuis peregrino: & peregrinus ciui. ¶ Et ut me diæta: temporis ratio & modus. i. ipſa die[…]i ficat & locum domus: in quo tantū uerſantur & legem uictus: quidam tamē codices habent ut dignitas utilitaſq; cogit: ſed magis ꝓbo ut legatur diæta. ¶ Ad ratiōes: ad conſilia & facta ¶ Eius Pom. ¶ In meis rationibus: cū ab exilio ſum reuocatus: quia eius opera tibi utendū putaſti: ut ipſe Ci. in orōne pro domo ſua ad pontifices planiſſime oſtendit his uerbis: Illud uero eſt hominis ingrati tacere. Itaq; libentiſſime prædicabo. Cn. Pom. ſtudio & auctoritate atq; unum quemq; ueſtrū opibus contentione ꝓcibus: periculis deniq; pro ſalute mea præcipue laboraſſe: hic tuis. P. lentule cū tu nihil aliud dies & noctes niſi de ſalute mea cogitares: cōſiliis omnibus interfuit: hic ubi grauiſſimus auctor ad inſtituendam: fideliſſimus ſocius ad cōparādā fortiſſim⁹ adiutor ad rē ꝑficiendā fuit: hic municipia coloniaſq; adiit. Hic italiæ totius auxilium cupiētis implorauit. hic i ſenatu princeps ſententiæ fuit: idēq; cū dixiſſet: tum etiā populo. pro ſalute mea obſecrauit. ¶ Sed te non ꝓterit: non te fugit: nō ignoras: quod. n. ꝓterit nos: a nobis ignoratur. ¶ Senſum: ſentētiā: opinionē. ¶ Præſertim rectum: qa quod intelligimus nos bene ſenſiſſe pertinaci⁹ & firmius tenemus: & difficilius deponimus: præcipue ſi uiri boni dici & haberi uolumus. ¶ Rectum: ꝓbatum. ¶ Cōfirmatū: ſemp a teneris uſq; annis ita ſentiendo. ¶ Verūtamē: q̄uis quod dixi ſit difficile. ¶ Confirmo: accōmodo: alii legunt cōformo: qd idem eſt. ¶ Eius: Pom. ¶ Diſſentire: diſcrepare. ¶ Honeſte: quia eſt de me bene meritus. ¶ Id: ut cōfirmem me ad uoluntatē eius. ¶ Simulatione: qd nō ꝓbem: nec putē recte factum quod ille faciat: aut ſentiat. Simulamus. n. quod nō ſumus. diſſimulamus quod ſumus. Tantum. n. probat quod nō ſimulatione id faciat: ſed uera ſnīa: dicit. n. ſe eam opinionem hr̄e de Pō. & eum tātū amare: ut omnia recta putet quæ utilia ſunt ipſi Pō. aut q̄ ille uelit. ¶ Inductio animi: ꝑſuaſio: [.]ppoſitum quoddam. ¶ Tantum ualet: tantum pōt: & efficit. ¶ Recta ad officium. ſ. honeſta. ¶ Vera. i. bona & utilia: nā uerū plerunq; pro bono ponitur. Hora. in primo epiſto. qd uerum atq; decēs curo: & rogo. idē eodē li. Metiri ſe quēq; ſuo modulo ac pede uerum. i. bonum & utile. & dicunt dialectici: uerū & bonum cōuertunt̄. oīs aūt deliberatio circa hæc duo ē maxīe. i. circa utile & honeſtum. ¶ Neq; ut ego arbitror: ſenſus eſt: neq; errarēt eius aduerſarii: ſi deſiſterēt: & ceſſarēt aduerſus eum cōtēdere: cū oīno ei pares eē nō poſſint. ¶ Neq; errarēt aduerſarii quidem eius aduertendum negationē negatiōi poſtpoſitā nō ſemp affirmādi uim hr̄e: ſed & negādi magis: cū altera pro uniuerſali ponit̄: & particulares ſequunt̄ hoc mō nullas accepi a te litteras: nec breues nec ꝓlixas: quo genere uſus ē Virg. i Buco. Nulla neq; amnē libauit q̄drupes: nec graminis attigit herbā. Vbi memini q̄n dā habitum nō indoctum errate: qui q̄m hāc rōnem nō intelligeret: pro nulla diceret ulla eſſe legēdum: quod nullo pacto eſt faciēdum. Itē una ſola negatio poſtpoſita negationi nō affirmat ſed negatiua tñ ut ſequēs iungatur cū quidē: ut hoc loco patet: ut ſi dixero. Nō tibi hoc ꝑſuaderet ne chriſtus qdē. Itē non poſſunt ſine dolore ferre aduerſa: ne philoſophi quidē. Huius autē rei & ſignificatiōis negatiuæ duarum negatiuaꝝ hæc eſt cā quia ſubauditur alia negationis pars ſic. Nō tibi hoc ꝑſuaderet ne chriſtus quidē. i. nō ubi ꝑſuaderet hoc aliqs. Deinde ad maius ſignificatum ſubiungo ne Chriſtus quidē. cui oīno eſt credēdum. ſ. ꝑſuaderet. Ergo his duabus rōnibus cum particulares ſequunt̄ uniuerſalē: & cum ſecunda iungit̄ cum qdē: negatiōes iunctæ negāt: & non affirmāt. Interdum tñ ſine qdē duæ negatiōes negāt cum una particularis omittit̄: ut Terē. Agrū i his regiōibus meliorē: neq; ꝓcii maiores nemo hēt: ſubaudit̄ enī neq; meliorē: Varro quoq; in uitis patrum oſtēdit duas negatiuas pro una accipiēdas. Si autē duob⁹ uerbis aut poſitis aut intellectis addant̄ duæ negatiuæ nō dubium ē q̄n negēt: poſitis ſic. nec me amas nec mihi credis: itellectis ſic: nec uirtuti ſtudes: nec lr̄is. Intelligit̄. n. itēꝝ ſtudes: & hæc de negatiōe hoc loco utiliter tangenda putauimus. ¶ Neq; errarent: benefacerent. ¶ Partes: æq̄les. ¶ Pugnare: cōtēdere. ¶ Me qdē. q. d. me ſolum nemo reprahēdit ſi uel pro Pō. q̄ppiā di-

neq; ullū officiū erga te hominis amātiſſimi prudētiſſimi diligētiſſimi ꝓtermiſit. Ex eodē de toto ſtatu rerū cōium cognoſces: quæ quales ſint: nō facile eſt ſcribere: ſūt qdē certe i amicorū nr̄orum poteſtate: atq; ita ut nullā mutationē unq̄ hac oīum ætate habitura res eſſe uideat̄. Ego qdē ut debeo & ut tute mihi ꝓcepiſti: & ut me diæta utilitaſq; cogit: me ad eius rōnes adiungo quē tu in meis rōnibus tibi eſſe adiungēdū putaſti. Sed te non præterit q̄ ſit difficile ſenſum in repu. ꝓſertim rectū & cōfirmatū deponere: uerūtñ me ipſe cōformo ad eius uolūtatem: a quo honeſte diſſentire nō poſſum: neq; id facio (ut forſitā quibuſdā uidet̄ ſimulatōe) tantū enim animi inductio: & mehercule amor erga Pompeiū apud me ualet: ut quæ illi utilia ſunt: & q̄ uult: ea mihi omnia iam & recta & uera uideātur. Neque (ut ego arbitror) errarēt: ne aduerſarii quidem eius ſi quū pares eſſe non poſſent: pugnare deſiſterēt. Me qdem

Tute
Præceptor
Præceptum
Diæta
Simulo
Diſſimulo
Verum
Bonum
Deliberatio

etiā illa res cōſolatˀ:q̄ ego is ſum cui uel maxime cō
cedāt oēs:ut uel ea defendā:quæ pōpei9 uelit: uel ta
ceā:uel etiā id qđ mihi maxime libet ad nr̄a ſtudia re
ferā lr̄arū. Q đ ꝑfecto faciā ſi mihi p eiuſdē amicitiā
licebit. Quæ eni ꝓpoſita fuerat nobis cū & honori
bus ampliſſimis & laboribus maximis ꝑfuncti eſſe
mus dignitas ī ſentētiis dicēdis: libertas ī rep. capeſ
ſēda: ea ſublata tota: ſed nec mihi magis q̄ oib9. Nā
aut aſſētiēdū ē nulla cū grauitate paucis aut fruſtra
diſſētiēdū. Hæc ego ad te ob eā cām maxie ſcribo:
ut iā de tua quoq; rōne meditere. Cōmutata eſt tota
rō ſenatus iudicioꝝ rei toti9 publicæ: ociū nobis ex
optādū ē qđ hi q potiunˀ rerū ꝑſtaturi uidenˀ: ſi q
dam hoies patiētius eorum potētiā ferre potuerint.

xi: uel etiā tacui: uel etiā ſi nō eo in ſenatū: ſed ad libros & ſtudia philoſophiæ me refero cui ante operā dedi.
Vel ¶ Vel: etiā: ut Vir. uel Priamo miſerāda manus. i. etiā priamo. ¶ Maxime: libētiſſime: ut eſt apud Terē. ſæpiſ
ſime. ¶ Vt uel ea defendā: uel interdū pro etiā ponitˀ: ut pauloante dictū eſt interdū eſt diſiunctiua ꝑticula: ut
uel ſcribā uel ad te ueniā: interdū copulatiua: ut maxime me tibi amicū facit uel uirtus uel doctrina tua: hic. n.
uel. p pōitˀ: qđ ſæpiſſime apud idoneos auctores repitˀ. alias ſecūdū Donatū correctionē ſignificat: ut apđ. Ci.
uel optimā me ſane uitā: & teſte Priſciano pro ualde frequēter ponitˀ: ut Ci. pro Murena uel maximū bellum
po. Ro. cum rege Antiocho geſſiſſe. ¶ Maxie
libet: ꝓcipue placet. ¶ Referā: reuertar: qa ali-
quātulum intermiſerat pp occupationes reipu.
¶ Si licebit: ſi cōcederetur. i. ſi eius amicitia me
hoc facere patietˀ: pro qua oīa ꝑtermitterē: ut ei
inſeruirē. Eſt autem ornatus dicēdi modus: nō
licet mihi p te hinc abire. i. tu nō uis: uel ſtu non
pateris me hinc abire. Quæ eni ꝓpoſita rō qua
te uelit ſe libēter ad ſtudia lr̄arū referre: quia nō
amplius ea ſunt quæ ſolebāt eſſe uerſantibus in
repu. quæ cōmemorat dignitatē: libertatē &c.
¶ Propoſita: ꝓparata: oblata. ¶ Perfuncti eſſe-
mus: i. adminiſtraſſem°. ¶ Honorib° ampliſſi-
mis: prætura cōſulatu & cæteris magiſtratibus:
ſed tū ampliſſimos honores intellexit præcipue
conſulatū. ¶ Et laborib° ma. in adminiſtratiōe
reipu. & ꝓcipue in opprimēdo Catilina & cæte
Digni- ris cōiuratis. ¶ Dignitas: dignitas diuerſis mo-
tas dis accipitˀ: nūc ꝓ auctoritate hōeſta ut hoc lo-
co: nūc pro magr̄atuū adminiſtratōe & pro ho
nore: ut Ci. ꝓpria uirtute multas dignitates ad-
eptus eſt. & dignitas ſacerdotii maior eſt q̄ ꝓturæ: īterdū ſignificat pulchritudinē uirilē: ut teſtaˀ Ci. li. i. offi. cū
dicit pulchritudinis duo eē genera. unū muliebre quā uenuſtatē appellam°: alterū uirile quā dignitatē dicim°.
Vt Galeacius Maria princeps eſt egregia dignitate corporis. Dignitas ēt interdū pro merito accipitˀ: ut reddē-
Sētētia dū ē unicuiq; ꝓ dignitate ſua. i. pro merito ſuo. ¶ Sētētiis dicēdis: ſn̄ia: ut uoluit Nonius: iterdū pro ſenſibilita
te ponitˀ: interdum pro animi iudicio & cognitione: ut hic. ¶ Dicēdis ſentētiis. i. dicēdis iudiciis animi: & quæ
ſentio dicere. ſn̄iam duobus modis accipimus. Primū cū ad unū quēq; indifferenter referˀ: ut nemo eſt in nr̄a
ciuitate cui nō liceat libere ſn̄iam ſuā dicere. i. efferre & ꝓnūciare qđ ſentit. i. qđ hēt in aīo. Deīde aliter accipitˀ
cum ad iuris partes refertur. i. cum uel ex lege: uel ex æquo & bono: uel ex alia parte iuris ſentētia dr̄: ut iudex
in cauſa mea dixit ſentētiam. i. ſanciuit quid ius uellet. & ut Digeſtis de arbitris ſcribit Paulus dicere ſententiā
exiſtimatur is: qui ea mente id pronunciat: ut ſecūdum hoc diſcedere eos qui litigant a tota cōtrouerſia uelit.
Liber- ¶ Libertas: potentia ingenua. Eſt. n. libertas in bonū: licētia uero in malū: cū qs libertate abutitur uſq; ad te-
tas meritatē & ꝓcacitatē: ut Quin. Quæ in aliis libertas eſt in aliis licētia uocatur: pro eo aūt qđ impiti dicūt hic
Licētia dedit mihi licētiā ut ſcriberē: qui & recte ſentiunt & ornate loquunˀ dicūt hic dedit mihi poteſtatē: uel fecit mi
hi potētiā ſcribēdi: uel facultatem ſcribēdi: uel per hunc mihi licuit ſcribere. ¶ In rep. capeſſenda: defendēda:
ſuſcipienda ad tuendum. ¶ Ea: dignitas & libertas. ¶ Sublata: erepta amota. ¶ Sed nec mihi: ſubaudi ſubla
ta eſt. ¶ Magiſq̄ reliquis: quia nemini iam licet cū dignitate ſentētiam dicere: aut libere rēpu. capeſſerˀ. ¶ Nā
ratio ſuperioris propoſitionis bipartita per diſiunctionem. ¶ Aut aſſentiendum eſt paucis. i. deſcēdēdū ī ſen
tentiam paucorum. ¶ Nulla grauitate: nulla auctoritate & dignitate ſeruata quia iudicium paucorum nō ui-
detur anteferendum multorum ſententiis. ¶ Aut fruſtra diſſentiendum. i. fruſtra aduerſandum. ¶ Fruſtra āt
dixit. quia omnino oportet ſubcūbere: quoniam cum potentiores ſint opibus: plus etiam poſſunt auctorita-
te & ſentētia. ¶ Maxime: ꝓcipue. ¶ De tuis rationibus: de rebus tuis & cōmodis: nā rō interdum id ſignificat
Ratio ut infra dicetur. ¶ Tota ratio. i. totus modus ſolutus: tota uia. ¶ Senatus: quia in eo modo habetur quo ſole-
bat: neq; libere ſententiæ dicuntur. ¶ Iudiciorum: iudicialium cauſarum quæ in foro coram iudicibus agebā
tur. qui ex ordine equeſtri eligi ſolebant: unde Horatius in primo ſermonum. Vnum ex iudicibus ſelectis
obiiciebat. Idem lib. ii. ſermonum. Tu cum proiectus inſignibus annulo equeſtri romanoq; habitu prodis ex
iudice Dama. & Cice. ſæpe in orationibus ſuis hoc demonſtrat. ¶ Reipubli. totius adminiſtrandæ: quia non
habetur ratio bonorum uirorum. ſed pro libidine dantur magiſtratus. qui antea ſolebant clari uirtuti. ¶ Ociū
Ocium tranquillitas: ſecuritas. nam ocioſus ſecurum ſignificat. Teren. in andria. Ocioſo iam nunc eſſe impero: nam
Ocio- niſi qui ſecurus eſt nō eſt ocioſus: & negocium pro ſollicitudine pōitur: ut infra lib. iii. ad Appium pulchrum.
ſus Cum eſt ad nos allatum de temeritate eorum: qui tibi negocium faceſſerent. ¶ Potiuntur rerū: qui habent
Nego- ſtatum reipub. in poteſtate ſua. De uerbo potiri diximus ſupra in præcedēti epiſtola. ¶ Si quidam homines:
cium non dicit qui ſint: quoniam inter Cice. & Lentulum ſatis conſtabat qui eſſent aut certe ita dicit: quaſi Lētulo
coniicere poſſet qui eſſent: neq; eſt legendum ſi quidem: ut quidam male præceperunt. ¶ Potuerint: potue-
runt: futurum ſubiunctiui pro futuro indicatiui. ¶ Ferre: pati: quia quidam indignabantur: nec ſatis fer-
re poſſe uidebantur paucos in ciuitate tantum poſſe: ut quicquid uellent efficerent. ¶ Dignitatem quidem il-
lam: ſenſus eſt:

Iam: ſenſus eſt: non poſſumus iã expectare: ut amplius ſit dignitas illa conſularis: q̃ ſolebat eſſe libera in fortibus & conſtantibus ſenatoribus: qui habita rõne nullius pſonæ nec metu nec gratia deterrebant̃ ab officio. ¶ Amiſſa eſt.n.probat quaſi illa dignitas nõ ſit cogitãda: ut adhuc ſit ſicut ſolebat. Eſt enim amiſſa: pdita: ordinẽ plæbeiũ ſignificat: q Cæſari fauebat corruptus muneribus miſſus ab eo ex Gallia: alii intelligunt ordinẽ eq̃ſtrẽ. ¶ Et hoiem clariſſimũ: uidet̃ innuere cæſarẽ: cui multa aduerſabant̃: ne Gallia ꝓuincia in alterũ quinqueñiũ ei decerneret̃. ¶ Sed ut: omiſſimus cæteris oſtẽdit qui ſit amor Pompeii erga ipm Len. ¶ Reuertar: redeã. ¶ Cõiunctiora: ꝓpinqora: magis ptinentia: & dixit reuertar: quia in ſecunda pte epiſto. iã dixit in rebus Lentuli ſe cõfirmatũ eẽ ad uoluntatẽ Põpeii: quẽ ſupra nõ noiauit: ſed ſignificauit cũ dixit: me ad eius rõnes adiungo. ¶ Et eo conſule. fuerat.n.electus conſul cũ Craſſo. ¶ Quibus in rebus: tuis obtinẽdis. ¶ Affixũ: adhærẽtẽ: ut ꝓ te ab eius latere nũq̃ diſcedam. ¶ Negliget̃: ꝑtermittet̃: aut cõtemnet̃ & ſi ſit pua. ¶ Neq.n.uereor: occurrit obiectõi: qd qſpiã fortaſſe diceret eũ futurũ moleſtũ Põ. iõ dicit: qd nõ timebit ut ſit moleſtus Põ. cui iucũdum erit qcqd faciet Ci. ꝓ Len. & ꝓp hoc q uidebit ipſum gratum erga Lentulum. ¶ Moleſtus: grauis: importunus odioſus. ¶ Illi: Pom. ¶ Cui iucundum erit: q faciã ꝓ te. ¶ Etiam: quaſi.d.ſi nullæ eſſent aliæ cauſæ: q̃ ſũt multæ. ¶ Quod me gratum uidebit: gratitudo.n.aĩ oĩbus iucunda eſſe ſolet: & quod ex officio & debito fieri uidemus: non poſſumus non ꝓbare. ¶ Tu uelim: oſtendit quãtæ curæ ſint ſibi res oẽs Lẽ. ¶ Perſuadeas tibi: cõfidas: certũ hẽas. ¶ Minimam: ualde paruã: quãto magis quæ ſunt maximæ. ¶ Idq cũ ſentiam: aliĩ codices habẽt id quæcũq ſentiam: alii ad: ſed hæc ẽ uera lectio: idq cũ ſentiã: & eſt ſenſus. Et cũ ſentiã id.i.cũ hoc in aĩo hẽam: quod nulla res minima ẽ: quæ ad te ptineat: quæ mihi nõ ſit charior: q̃ oẽs res meæ. ¶ Nõ poſſum mihimetipſi ſatiſfacere ſedu.i.inſtãti & fideli officio & diligentia: nã ſedulus: teſte Nonio & Donato ſignificat ſine dolo & inſtanter. ¶ Re ipſa: effectu ipſo & uere. ¶ Conſequi: æquare: & eſt ſenſus: nõ ſatiſfacio mihi.i.non uideor facere qd debeo erga te: quia nõ ſolum nõ poſſum tibi referre gratiam in ulla pte tuorum meritorum erga me: ſed neq etiam poſſum ſatis cogitare: quod minus eſt. ¶ Rem te benedicit qs rumor ſit de rebus: quas Lẽ. in ꝓuicia egerat. ¶ Rumor erat.i.opĩo uel fama: nã ut Laurẽtius uoluit rumor & fama idẽ ſunt: licet fama interdũ pro celebritate rei uel hominis ponat̃: ut fama Camilli: & fama Pyramidum Aegyptiarum adhuc uiuit. Eſt autem proprie fama & rumor ſermo in populo ſine certo auctore in bonum uel in malum de re recenti. ¶ Expectant̃: a nobis. ¶ Studium: diligentiam. ¶ Extabit: erit: apparebit. ¶ In cõueniendis: alloquendis pro te. ¶ Contenderimus: nixi erimus: intenderimus: certauerimus pro te. ¶ Quam poſſumus: q̃ ſunt uires meæ: & eſt cõmunis loquendi modus. ¶ Quam debemus: quia cum me in ſalute adiuueris: non uideor poſſe tuis erga me meritis ſatiſfacere.

Dignitatem quidem illam cõſularẽ fortis & cõſtãtis ſenatoris nihil eſt qd' cogitemus. Amiſſa eſt culpa eorum: qa ſenatu ordinẽ cõiunctiſſimum: & hoiem clariſſimum abalienauerunt. Sed ut ad ea q̃ cõiunctiora rebus tuis ſunt reuertar. Põpeium tibi ualde eſſe amicum cognoui. & eo cõſule quantum ego pſpicio oĩa quæ uoles tu obtinebis. Quibus in rebus me ille ſibi affixum hẽbit. Neq a me nulla res: quæ ad te ptineat negliget̃. Neq enim uerebor ne ſim moleſt⁹ illi: cui iucundum erit: & iã ꝓp idipſum qd' me eẽ gratum uidebit. Tu uelim ita tibi pſuadeas: nullã rem eẽ minimã: qua ad te ptineat: qua mihi nõ charior ſit: q̃ meæ res oẽs. Idq quum ſentiã: ſedulitate mihimetipſi ſatiſfacere non poſſum: re quidẽ ipſa iõ mihi non ſatiſfacio: qd' nullam partem tuorum meritorum non mõ referendã: ſed ne cogitãda qdem gr̃a conſequi poſſum. Rem te ualde bene geſſiſſe rumor erat. Expectabant̃ lr̃æ tuæ: de quibus eramus iã cum Põpe. locuti: quæ ſi erunt allatæ: noſtrum ſtudium extabit in cõueniẽdis magr̃aib⁹ & ſenatoribus. Cæteraq qua ad te pertinebunt: quum & plus cõtẽderimus q̃ poſſumus: minus tamen faciemus q̃ debemus.

cium gatio perſonarum. locorum: temporum: cauſarum: modorꝫ: caſuum: factorum: inſtrumentorum: ſermonum: ſcriptorum: & non ſcriptorũ & tale negocium græci περίοδον dicunt aliquando negociũ pro labore ſumit̃: ut Quintilia. Quid negocii eſt iſta poetarũ portenta conuincere: & Da mihi hoc negociũ. ¶ Ne epiſtola quidem quæ nec erubeſcere: nec timere conſueuit: ergo longe minus hæc ipſa nũciis narrare auderem. Aduerte animũ
Aurẽ ꝙ ne & quidẽ nunq̃ iungi patiunt̃ ſine medico. Quintilia. Nam mihi ne dicere qdem uideretur. Ci. ad Heren‑
certiorẽ nium. ne ad ſolanũ qdem. Et in Tuſculanis. Atq; ei ne integruȝ qdem fuit. ¶ Audeo: in rebus arduis dicimus.
oculus ¶ Naui: piculo. μεταφορικῶς a nauigãtibus: ut dicit̃. In porto nauigat: qui eſt ſine piculo. Si reſp. peribat: cõis
Excelſũ oĩum calamitas ſequebat̃: tam abſentium quam præſentiũ. ¶ Ea quæ nos: ſuppie uidemus. Magis enim mo
illuſtre uent quæ uidentur q̃ quæ audiunt̃. nam aure certior eſt oculus. ¶ In excel. & illuſtri: plus ẽ illuſtre q̃ excelſum.

¶ Sociorũ populi

VBER. ¶ Socio℞ populi Ro. erát. n. ſocii po. ro. qui cū eo erát fœdere coniūcti. ¶ Ciuiū romano℞: i qui ſūt VBER.
in Aſia. ¶ Quæ: laus tua. ¶ Nec ob ignoto. ¶ Nec ua. uarius ſermo dicit̃ de aliquo: quū non eadē dicuntur.
¶ Clariſſima: cōtra id qđ dixit obſcuro. ¶ Et una: eadē & pſeuerāter: & elegāter dicit̃ una uoce & uno ore pro
uno conſenſu & uno fauore: ut Ci. in Lælio de amicitia: De quo oēs uno ore &c. ¶ Præfert: nūciat. ¶ Vnum
il. q. d. de abſentia ſcio me poſſe tibi gratulari: ſed illud unū eſt de quo dubito: an tibi gratuler: an potius timeā:
ꝙ aduentus tuus mirabiliter ab oibus expectat̃. ¶ Nō ꝙ ue. excuſat hanc dubitationē ſuā. ¶ Ne. i. ut. ¶ Non

plurimorū & ſociorum & ciuium cōſpectu: quæ ad nos nec obſcuro nec uario ſermone: ſed & clariſſima & una oium uoce pfert̃. Vnum illud neſcio: gratuler ne tibi an timeam: quod mirabilis eſt expectatio reditus tui: nō quod uerear ne tua uirtus opinioni hominum non reſpōdeat: ſed mehercule: ne quū ueneris nō habeas iam qđ cures: ita ſunt omnia debilitata iam prope & extīcta. Sed hæc ipſa neſcio recte ne ſint litteris cōmiſſa. Quare cætera cognoſce ex aliis. Tu tamen ſiue habes aliquam ſpem de rep. ſiue deſperas: ea para: meditere: cogita: qua eē in eo ciue ac uiro debent: qui ſit rempu. afflictam & oppſſam miſeris tēporibus: ac perditis moribus in ueterem libertatem ac dignitatē uindicaturus. Vale.

reſpondeat: nō ſatiſfaciat. ¶ Opinioni: expectationi. ¶ Mehercule: iurāds eſt aduerbiū. ¶ Ne
cum ue. ro. & ſubauditur uereor. ¶ Quod cu. Curare
qui curant̃ q̃ hn̄t ſpem ſalutis cū difficultate iū
qa curari ꝓprie teſte Donato dr̄ ꝙ q̃ſi arduum
& graue eſt: & ideo uſus eſt uerbo medico℞: ad
quos curare ptinet. ¶ Ita debilitata: qa dixit cures: uſus eſt ēt uerbo ad ægrotū ptinēte. ¶ Debilitata: male affecta. ¶ Et ꝓpe extincta: prope
delata: & ꝯſumpta: extingui. n. eſt mori: ut Oui. Extīgui
in heroidibus. Primoq; extinguar in æuo: & Virgi. in ſexto æneí. Infœlix dido uerus mihi nuncius ergo Venerat extīctā ferro: ergo extincta q̃ſi deſperata: qa de extinctis nulla eſt oino ſpes: hæc aūt dicit qa adminiſtratio reip. erat tantum modo in ptāte quorundam potentū: q magis pro libidine q̃ pro rōne agebant. ¶ Hæc ipſa q̃ ſcripſi: quū multo plura ſint q̃ nō audeā ſcribere. ¶ Recte: tuto: ne quiſpiā ſe a me tanti & offendi putet. ¶ Cætera: quæ nō audeo ſcribere.
¶ Tu tn̄: ſubaudi q̃uis dixerim oia debilitata &

extīcta. ¶ Siue hēs: hoc eſt ſiue ſperas remp. poſſe adhuc ad ſalutē reduci: ſiue nullā oino hēs ſpem. ¶ Para: rebus ipſis. ¶ Meditare: conſulta. ¶ Cogita: inueni: nam cogitare frequentatiuum eſt a cogo: & eſt ſenſus cogere ad aliq̄d inueniendū. ¶ Viro: nō ad ſexū nunc: ſed ad uirtutē rettulit. ¶ Vendicaturus: recepturus: reſtiturus. Cogito
¶ Afflictā: debilitatā. ¶ Oppreſſam: deiectā & uiolētia proſtratā. ¶ Miſeris: infœlicibus. ¶ Perditis: peſſimis:
¶ Veterē: priſtinā & ſolitā. ¶ Libertatē: qa timebat Ci. reip. quoniā Cæſar tribunus plæ. iam hortatus erat: ut legē ferrent: q̃ Cæſari: quis abſenti ſecūdum conſulatum petere liceret: præterea omnia in trium poteſtate erant.
PHI. ¶ Sociorum: cōſederato℞. P. R. Amicus & ſocius ita diſcrepant. Amicus eſt qui alicui uſu uitæ ſimilis: PHI.
pio ac ſincero & perfecto amore coniungitur. Socius uero: qui cum aliquo ad aliquid peragendum aliquo pa Socius
cto coniungitur: unde Cice. hæc duo coniungere ſolet: ut ſocios. P. R. atq; amicos: & in libro de inuentione. Fir Amicus
miſſimas ſocietates atq; ſanctiſſimas amicitias. ¶ Ciuium: qui cū eo erant in Aſia curionis laudem uidebant.
¶ Clariſſima & una: exornationis genus qđ græci αντίθετον nostri contrariū uocant: breuibus & continuatis
uerbis perfectū eſſe debet. ¶ Vna uoce: ut dicitur uno ore. i. uno conſenſu. Teren. uno ore omnia bona dicere.
¶ Vnū illud: ꝙ abſens ſis congratulari me poſſe tibi cognoſco. Sed unum eſt qđ uereor: an tibi congratuler:
an timeam: ꝙ tantopere deſiderat̃ aduentus tuus. ¶ Non qđ uerear. Excuſatio dubitationis. ¶ Reſpōdeat: ſatiſfaciat. Scio inquit ꝙ uirtus ſuperat oium hominum opinionē. Virtus enim eſt habitus animi in naturæ modū: ut ait Martius rōni cōſentaneus. ¶ Ne: pro ut. ¶ Cures: quid arduū ſignificam⁹ & graue: hoc uerbo: quod Virtus
eſt proprie medico℞: & ad hoc alluſit: cū ſubſecutus eſt. Ita ſunt omnia debilitata: quaſi uiribus confecta. ¶ Extincta: q̃ſi deſperata: μεταφορικῶς unde extingui mori dicimus. ¶ Sed: tranſitū ſignificat ad alterius rei mētionem. ¶ Recte: ſine periculo: ne ad aures Cæſaris peruenirent. ¶ Litteris cō. Cōmittere aut mādare litteris ſcribere. ¶ Cætera. ſ. detrimenta reip. quæ ſcribere nō audeo. ¶ Spem: ſpes incertarū re℞: expectatio certa℞. ¶ Pa Spes
ra: meditare: cogita articulus eſt. Meditari uero eſt exercere a uerbo græco μελετάω. L. in. D. cōuerſo: ut econ Expecta
trario ſeda ſella parare ad rē: meditari ad cōſiliū: cogitare ad ineniendū rettulit. ¶ Ac uiro: Exaggeratio eſt: nā tio
inter ciues ēt uiles hoies numerant̃: ſed uiri nō niſi qui uirtute pdu⁹: ſit dici pōt: ut apud græcos: & nunc uiꝝ ad Paro
uirtutē ꝓprie referim⁹. ¶ Perditis: iniq̃ſſimis & iprobiſſimis. Iuue. Audacia pdita. ¶ Moribus: & bonus & ma- Cogito
lus mos eſſe pōt: ut pharmacō: uenenū: ualitudo. ¶ Veterē: q̃ antea ſortita erat. Senex antiquus uetus hoc mō Vetus
differunt. Senex: qui ad ſenilē puenit ætatē: & ad uitam dūtaxat ipſius ꝓpriam referendū eſt. Vetus: ad publica Vēdico
tēpora ſuperiora. Antiquus uero tam de ſenibus dici poteſt: q̃ de ueteribus: ut homo iſte eſt antiquus: & antiqui Vīdico
noſtri facere conſueuerunt: niſi ꝙ habet neſcio quid plus uetus q̃ antiquus: unde Iuue. Antiquū & uetus ē alie- Vīdicta
nū poſthume lectū cōcutere. ¶ Vindicaturus: in libertatem reuocaturus. Inter uendico: & uindico hoc diſcrimen eſt: uēdicamus nobis auctoritatē. i. attribuimus: & quaſi nr̄am ꝓpriaꝫ eſſe facimus. Oui. Vēdicat auſonias
Iunonis cura calēdas. Vindicamus uero iniurias: hoc eſt ulciſcimur: & punimus: unde uindicta dr̄. Iuue. Vindicta nemo magis gaudet q̃ fœmina. Vindicare ēt ſignificat reuocare i libertatē: ut hoc loco: & ad Cæſarē Iunio
rē. Qui ſi nihil ad beneficiū adderes: quo me una cū rep. in libertatē uindicaſſent: & in academicis. Aliqua poteſtas ſic uidicet in libertatē: & liberare atq; defendere. Ci. in Catone maiore. Senectus eſt natura loquacior: ne
ab oibus eā uitiis uideat uindicare. Quare hic uindicaturus. per. I. & nō per. E. legendū eſt: in quo multi errāt.

VBER. NOndum: Clodius ut in primo libro expoſuimus: non ſolū Ci. ſed eius amicorum hoſtis atq; inimicus fuit: uerum quum Clodius præturam peteret: & eodem anno Annius Milo cōſulatum: in quo competitores quoſdam ſatis potentes haberet Metellum: Hypſeum: & Scipionem: quum uideret Clodius præturam ſuam fore debilem & quaſi mancā conſule Milone ei uæhementer aduerſabatur: ne conſulatum adipiſceretur: & eius competitoribus ſtudebat Ci. aūt qui a Milone fuiſſet bene affectus in reſtitutione ſua ab exilio: cupiens gratū animū in eum oſtendere ſummopere pro eo laborabat: ut ipſum conſulatum obtineret. Itaq; cum Curio ex Aſia romam uenturus eſſet: quem cognoſceret poſſe multum ī hac re & prodeſſe Miloni: miſit ei obuiam has litteras in quibus primū oſtendit quātum ſibi ſit laborādum pro Milone: & artificioſe oſtendit neceſſe ſibi eſſe: ut Curio qui plurimum deberet nunc etiam in Milonis cauſa rogaret: ut ei in hac competitione cōſulatus ita ſaueat ut oīno ipſum conſequatur. Adducit autē rationes multas: quibus oſtendit petitionem ſuam eſſe honeſtiſſimam. Deniq; ex quattuor rebus quas Seruius in omni petitione ſeruandas dixit: nulla omnino deeſt. Siquidem honeſtatem habet quum pro amico ſaluus ſuæ auctore rogat: poſſibilitatem quum oſtendit Curionem poſſe id efficere quod petit ſi modo uoluerit. Modus etiam declaratur quum fauorem eius in conſulatu Milonis ſe petere oſtendit: & ut præbeat ſe ducē ſuffragiis aliorum: quæ ſe habere dicit: poſtremo ſubdit ſpem remuneratiōis & p ſe Anniū Milonem. Eſt aūt hæc epi-

M.T.C.Curioni.S.D.

NOndū erat auditū te ad Italiam aduētare quū Sextū Iuliū Milonis mei familiarē cū his ad te lr̄is miſi. Sed tū cū appropinqre tuus aduētus putareť: & te iā ex Aſia Romā uerſus

Aduēto ſtola oium cōmendatitiarū. C. artificioſiſſima & uæhementiſſima. ¶ Aduentare: propinquum eſſe: appellare.
Appropinquo ¶ Appropinquare: ꝓpinquū eē: nō loco ſed tpe: ut ſi dixero circa feſtū natalis xp̄i appropinquat aduētus Ducis Mediolani. i. ꝓpinquꝰ eſt ut ueniat: qa eo tpe ſolet maxime Mediolanū petere. Ita in hoc & ſi Curio erat adhuc remotus: & nōdū ad Italiam aduentabat tamen putabatur eius aduentus eſſe propinquus: quia cum iam
Verſus cōſtaret eū ex Aſia diſceſſiſſe: paucis diebus erat uēturus. ¶ Putaretur: exiſtimaretur: quia finitum eſt tempus tui magiſtratus. ¶ Romam uerſus: hæc propoſitio elegāter poſtponiť: ut hic patet. ¶ Conſtaret: notum eſſet.

PHI. NOndum erat: In ſcribendis epiſtolis poſſumus uti uel non uti artificio. id enim in noſtro arbitrio ſitum eſt. Sed cum negocium habet aliquod pōderoſum: Cice. magna ex parte loqui ſtudet. Hāc epiſtolam ſi quis diligenter attendat: nihil inueniet quod nō ſit laude & admiratione digniſſimū. Eſt enim arte & ſubtilitate dicendi admodum plena. In qua exordienda in primis auditorem facit attentum: cum rem magnam pollicetur allaturum: ut magnitudo rei fecit: ut non ueremur ne nimis cito mitteremus. Et ibi beniuolum reddit. Ego ſi mea in te eſſent officia ſolum Curio tanta. Item a perſona auditoris. Sed quia tua in me uel nota omnibus. Docilem fecit quum paulopoſt inquit. In Milonis conſulatu fixi: & locaui. Eſt aliud præterea animaduertendum hanc petitionem illis quattuor rhetoricis partibus cōſtare: ut ſit præſtandi facultas: ſit honeſtum quod petitur: habeat modum: ſequatur remuneratio. Poſſibilitatē oſtendit cum ait. Huic te unum tanto adiumento eſſe ſi uolueris: poſſe intelligo. Modum uero: quum ait. Habemus hæc omnia: & ut ſubuenias huic meæ ſollicitudini: uel ut uerius dicam propriæ ſaluti tuum ſtudium dices: deniq; remunerationem oſtendit: ut de ipſo. T. Annio tantum polliceor. Sed quid a Cicerone peratur: facilius cognoſci poſſet: breuiter: argumentum exponere uiſum eſt. Id autem eſt huiuſmodi. T. Annius Milo conſulatum magna quadam contentione petebat: cuius tunc erant multi competitores potentiſſimi uiri: Scipio: Hypſeus: & Metellus: quæ res non erat minori curæ Cice. q̄ Miloni cum propter amorem inter ſe maximum: tum uel in primis propter magnitudinem meritorum: quæ in eum Milo contulerat: nam eius opera Tulliꝰ ab exilio reuocatus maxima cum gratulatione ciuium in urbem Romam reuerſus eſt. Igitur Cicero tanti nō immemor beneficii omnibus in rebus uel præſertim in eo conſulatu benemeriti gratiam referre conabatur: ut talem magiſtratum Cice. induſtria cōſequeretur: uel maxime ꝙ illi Clodius Ciceronis inimicus plurimū aduerſabatur: & cōpetitoribus fauebat. Erat enim eodem anno Clodius præturam petiturus: quo Milo conſulatum nec ignorabat Milone conſule parui ponderis in rep. futuram eſſe p̄turam ſuam. Quapropter omni arte Milonem inſectabatur: ne cōſulatum adipiſci poſſet. Tullius uero multū ac diu in hac re perficienda laborauit. Necdum conſecuta res erat quum ex Aſia Romā Curio reueniret. Et quoniam non ignorabat: ꝙ quicqd erat ampliſſimū in repu. Curio ꝓpter opinionē quam de ſe conciliarat: facile cōſequi poſſet: nō dubitauit id per lr̄as ab
Dum donec eo petere: qđ erat illi maximū: maximeq; neceſſariū ut ipſe conſulatū a ſenatu pro Milone peteret: quem certo ſciebat non negatum eſſe. ¶ Nondum: eiuſdem ferme naturæ ſunt dum & donec: ſed elegātia differūt. Nam ne: nō nec cōmode iunguntur cum dum: nunq̄ tamē cum donec. Significant etiam dū & donec uſq; ad: uel
Italia q̄diu: & donec ſubiunctiuo: dū indicatiuo conueniūnt litteris inſeruiam donec moriar. i. uſq; ad mortē: & tua merita recordabor dū uiuo. i. q̄diu uiuo. ¶ Ad Italiam: Varro & Timæus a copia bouum quæ in italia eſſe dī
Vento appellatā exiſtimant: ἰταλος enim ueteri lingua græcorum bouem ſignificat. Virgilius uero a duce dictam Si-
Aduēto culo fuiſſe cōmemorat: ut nūc fama minores italiam dixiſſe ducis de nomine gentē. ¶ Aduentare: uentare: &
Aſia aduentare dicimus frequētatiuū a uenio. ¶ Ex Aſia: in qua geſſerat magiſtratum. ab Oceani. & Thetyos filia: & Iapeti coniuge Aſiam inquit Heſiodus appellatam. Lydi uero ab Aſio Cotyi filio nominatam fuiſſe cōmorant. Eſt etiam eius nominis palus in Lydia caiſtro proxima: gruibus abundantiſſima Romam uerſus: ſic exigit elegantia: ut hæc particula uerſus poſtponatur dictioni. Sic Sulpitius ad Ciceronem. Megara uerſus nauigarem. Quid autem de urbis Romæ appellatione ſentimus: in libro de honoribus publicis diximus.

¶ Profectum:

VBER.¶Profectum:diſceſſiſſe.¶Magnitudo rei.i.res magna & magni momẽti atq; põderis.¶Vt nõ uereremur:non timeremus.¶Ne:ut.¶Nimis cito:ante aduentum tuum.¶Cum uellemus : cum cuperemus. ¶Has litteras:noſtras cõmendatiuas pro Milone.¶Quamprimum:ut diximus ſupra:ſubito:ut ante aduentum tuũ eſſes admõitus:quid ante fieri uellem. ¶Ego:iam incipit ſibi conciliare animum Curionis:non tam Curionem ſibi debere:q̃ ſe Curioni.Ideoq; ut eis magis debeat:dicit ſe non dubitaſſe ab eo per litteras petere: id quod ſibi eſſet omnium maximum & neceſſarium.¶Officia in te:merita mea in te collata.¶Solum:tantummodo.¶A teipſo ꝓdicari:publice laudari. VBER.

profectũ eſſe cõſtaret:& magnitudo rei fecit : ut nõ uereremur ne nimis cito mitteremus:cũ has ad te q̃ primũ lr̃as perferri magnopere uellemus.Ego ſi mea i te eẽnt officia ſolum Curio tanta quanta magis a te ipſo ꝓdicari quã a me põderari ſolent:uerecũdius a te ſi qua magna res mihi petẽda eẽt cõtẽderẽ(Graue eſt.n.hoi prudẽti petere aliqd magnum ab eo de quo ſe benemeritũ putet:ne id qđ petat exigere magis q̃ rogare:& in mercedis potiꝰ q̃ in beneficii loco numerare uideatur)Sed qa tua in me uel nota omnibus:uel ipſa nouitate meorum temporum clariſſima & maxima beneficia extitercrũt:eſtq; animi ingenui cui multum debeas:eidem plurimum uelle debere:non dubitaui id a te per litteras peterẽ:quod mihi omniũ eſſet maximum maximeq; neceſſariũ.Neq; enim ſum ueritus:ne ſuſtinere tua in me uel innumerabilia beneficia non poſſem:quum præſertim con ſiderem nullam eſſe gratiam quam uel non capere

¶Magis:potius.¶Ponderari a me:æſtimari a me:quia non tanti ea æſtimo:quantũ tu ꝓdicare ea ſoles.¶Verecũdius:rõnem huius uerecũdiæ.¶Graue:moleſtũ:difficile.¶Prudenti:uerecundo:pudoris pleno.¶De quo putet ſe benemeritũ:cui ꝓſtiterit beneficia.¶Magis:potius.¶Loco mercedis : pro remunerationis ſui meriti.¶Exigere:repoſcerẽ.¶Quã beneficii:ꝓ quo ei debeat.¶Vel nota:cognita.¶Clariſſima:nulli obſcura.¶Nouitate meoꝝ temporꝫ: quibus mihi noua:& bonis ciuibus inſueta acciderunt:quæ autem beneficia ꝓſtanẽ temporibꝰ aduerſis:ſolent eſſe maiora:& clariora:qui non poſſunt latere.¶Eſtq; : iungitur cum ſuperiori ſic quia eſt animi ingenui &c.¶Ingenui:liberalis & ſimplicis.¶Velle debere:uelle eẽ obligatum.¶Cui debeas:ei cui merito obligatus ſis:id autem libenter facit ingenuꝰ animus.Ruſticus autem & ſeruilis animus ſpernit ei debere a quo beneficia acceperit:& ne debeat plerũq; non uult petere aut capere beneficium.¶Debeas:ſecunda perſona pro tertia eleganter ponitur:tam in carmine q̃ in oratione ſoluta.Virgili. iiii.æneidos.Migrãtẽ cernas pro cernat aliquis. ¶Non dubitaui:auſus ſum:& eſt ordo : ſed qa tua i me uel nota oibus & cætera:nõ dubitaui.

¶Per litteras:quia es abſens:nec poſſum tecũ corã loqui.¶Neq; enim:occurrit obiectioni dicẽs:q; quãuis innumerabilia bñficia a Curione accipiat:cõfidit tñ ſe poſſe oia ſuſtinere.¶Vel:ideſt etiã.¶Gratiã: beneficiũ.

PHI.¶Profectum:diſceſſiſſe.¶Conſtaret:manifeſtum eſſet.¶Magnitudo:attẽtum facit.¶Nimis cito:ante aduentum.¶Vellemus:optaremus.¶Ego ſi mea:ordo eſt.Ego contenderem:& eſt principiũ cõciliandæ gratiæ Curionis ad ſeipſum:demonſtrat ſe plus Curioni debere:q̃ Curio Cice.deberet.Sed pro magnitudine animi pollicereẽ ſe illi accumulatiſſime ſatiſ facturum.¶Magis:pro maius a poſitiuo magnũ non enim dicimus maius ſtudio:ſed magis ſtudeo:nec maius potuit Scipio quam Hannibal.Pompeius tamẽ ab eo dictum exiſtimat quod græci μαλλον dicunt.¶Prædicari:apte laudari.¶Ponderari: μεταφορικωσ pro exiſtimari. ¶Contenderem:peterem.¶Graue eſt enim:Senſus eſt q; cum qs homo prudens:& modeſtus aliqđ in quẽpiam beneficium cõtulerit:ſitq; poſtea ipſe ab eo aliquid magnum petiturus:moleſtum eſt petere:quoniã putat ne beneficium:quod prior ipſe contulerat repetere:& pro eo quaſi mercedem exigere uideatur:& eſt exornatio:quam græci γνωμην:noſtri ſententiam dicunt.¶Petere:petimus gratia:poſcimus meritis:poſtulamus iure:expoſtulamus querela:flagitamus ardore:rogamus precibus. De quo ſe benemeritũ putet in quem ipſe beneficia contulerit.¶Loco mercedis:pro remuneratione collati beneficii.¶Exigere:debitũ repetere.¶Tua: beneficia.¶Nouitate meorum temporum:dum fuit in exilio:nouitas enim plerunq; pro temporum perturbatione ponitur:& tempora pluratiue ad fœlicitatem ut plurimum referuntur. Ci.O tempora:o mores:& qua aduerſis tẽporibus beneficia præſtantur:ſolent eſſe chariora:& magis cognita:unde ſubiungit:clariſſima & maxima extitere.¶Sunt & tempora fœlicitatis:ſed raro ſine epitheto ponunẽ.¶Eſtq; animi ingenui:pertinet ad animum liberalem & nobilem:nam ruſticoꝝ animi recipiendis beneficiis iacent:niſi temeritate aliter ſe gerãt. Ingenuus ille dicitur:qui liberis parentibus natus eſt:nec poſtea factus ſeruus:ecõtrario Libertinus:qui iuſta ſeruitute manumiſſus eſt.¶Debeas:eleganter poniẽ ſecũda pſona pro tertia tã in uerſu q̃ in ꝓſa orone.Iuue.Dicas forſitã unde ingeniũ par patriæ.¶Debere:obligatũ eſſe:huius uerbi ſignificationẽ Ci.in paradoxis explicauit hoc mõ.Tu poſſe te dicito:quoniã quidẽ potes:debere te:ne dixeris:q̃to nihil qs debet:niſi qđ eſt turpe nõ reddere.¶Nõ dubitaui:dirige ſic uerba.Sed quia tua &c.¶Per lr̃as:nõ expectãdo rediiũ tuũ.¶Neq;.n.ſum ueritus:refutatio eſt & q̃ſi reſ̃io obiectioni.¶Vel:pro ẽt.ut Teren.uel rex:& in Phormione:uel occidito.Interdum pro ueluti:ut Terẽ.uel hic Pãphilus.Alias eſt diſiunctiua cõiunctio.Plærunq; correptionem ſignificat : ut Cice.uel optimam me ſane uitam.¶Confiderem:pro conſtanti haberem poſſe accumulatiſſime gratias referre. ¶Gratiam:bñficium.¶Capere:cum id quod in nobis eſt aſſumimus:capere dicimus:qui ſe dignũ in accipiendo beneficio cognoſcit illud accipere non dubitat:& id magni & liberalis hominis eſſe philoſophi tradiderũt

Peto
Poſtulo
Poſco
Expoſtulo
Flagito
Rogo
Tẽpora
Ingenuus
Libertinus
Vel
Capere

VBER. VBER. ¶ Capere in accipiendo.i.cuius beneficii animus meus non eſſet capax:quia liberalis animus:ut uo
Aius liberalis luit Ariſtoteles:etiam in accipiendo beneficium cognoſcitur:quia non dubitat accipere qui ſe dignum cognouit. ¶ In remunerando:reddẽdo parem gratiam. ¶ Vel cumulando:uel etiam augẽdo quod accipiſſem. ¶ Illuſtrare:ornatiorem & clariorem reddere. ¶ Studia:affectus animi:deſideria. ¶ Omnem mentem:intentionẽ omnem mentis. ¶ Fixi:poſui:firmaui. ¶ Statui:iudicaui:uel decreui. ¶ Fructu:uoluptatem.i.exiſtimauit me non ſolum debere ita facere:ut uidear in eum uſus officio meo:ſed ꝙ plus eſt:ut lauder fuiſſe pius tanq̃ in pa-
Pietas trem. ¶ Officii:meriti. ¶ Pietatis:quæ plus eſt q̃ officium. ¶ Laudẽ:cõmendationẽ apud oẽs. ¶ Nec uero:ex quadã cõparatione oſtẽdit q̃ te curæ ſit ſibi:ut Milo cõſequatur hunc cõſulatũ: & eſt ſenſus cũ q'ibet naturaliter habeat curam ſuæ ſalutis & ſuarum rerum. Nõ puto ꝓpriã ſalutẽ & ꝓprias res fuiſſe unq̃ tãtæ curæ alicui:q̃tæ curæ ſit mihi ei⁹ honor. ¶ Suã:ꝓpriã. ¶ Honos:ut cõſulatũ cõſequatur. ¶ Fortũas:res diuitias. ¶ In quo:uel honore uel Milone. ¶ Studia:fauores. ¶ Huic:pentiõis poſſibilitas. ¶ Te unũ:te ſolũ. ¶ Si uolueris:q̃ſi aſtringit eum ut faciat. ¶ Prætetea:pter te uel poſtea. ¶ Habemus:oñdit ad iumẽta hẽbat ad hãc cãm:& ea enũerat. ¶ Studiũ:fauorẽ & uolũptatẽ. ¶ Ex tribunatu:Milõis q tulit legẽ de reuocãdo Cicerõe:cũ eſſet tribun⁹ plæbis. ¶ Propter noſtrã cãm:qa bõi uiri cũ uidiſſent Cicerouẽ a clodio uexatũ:& a Milone reuocatũ atq̧ defenſũ:cõciliati ſunt ualde erga Milonem.q de Cice.reuocatiõe tam diligenter egiſſet. ¶ Vulgi.& multitudinis.i.plæbis. ¶ Munerũ:ludorum. quos Milo magnificẽtiſſimos añ exhibuerat:qb⁹ ſibi cõcillauerat aios multitudinis:qm̃ his plæbecula gaudet. ¶ Vulgi.&.m.iubaudi ſtudium habemus. ¶ Naturæ:Milonis qui non coactus:ſed natura liberalis eſt.

animus meus in accipiẽdo uel remunerãdo uel cumulãdo illuſtrare poſſit. Ego omnia mea ſtudia:omnem operam:curam:induſtriam:cogitationem:mẽtem:deniq̧ omnem in multis cõſulatu fixi & locaui: ſtatuiq̧ in eo me non officii ſolum fructũ:ſed etiam pietatis laudem debere quærere. Nec uero cuiq̃ ſalutem ſuam ac fortunas ſuas tantæ curæ fuiſſe unq̃ puto: quantæ mihi ſit honos eius:i quo oĩa mea ſtudia poſita eſſe decreui. Huic te unum tanto adiumento eſſe (ſi uolueris) poſſe intelligo:ut nihil ſit prætetea nobis requirendum. Habemus hæc omnia bonorum ſtudiũ conciliatũ ex tribunatu propter nr̃am (ut te ſpo itelliget) cãm: uulgi ac multitudĩs

PHI. PHI. ¶ Cumulando:plura referendo q̃ acceperat. ¶ Ego omnia mea ſtudia: Articulus eſt. ¶ Sudia: uoluntates: & affectus animi. ¶ Cura: differt a curione: hæc proprie medicorum: cura uero reliquorum eſſe
Cura curatio dicitur: non a curando: ut inquit Priſcianus appellata: ſed ab eo ꝙ cor urat. Hinc Ennius quaſi huius nominis originem explicans: inquit. Curamue leuaſſo. quæ nunc te coquit. Hanc græci μαϑέμγαγ dicunt hinc
Induſtria etiam pro amore latini capiunt. Virgi. At regina graui iamdudum ſaucia cura. ¶ Induſtriam: a qua non fit induſtrioſus ſed induſtrius: ſicut nec a uirtute uirtuoſus: licet Boetius uirtuoſum tu ne dicas. Has enim de
Induſtrius riuatiouęs latinitas aſpernatur ſed pro uirtuoſum Tullius dicit bonum:iuſtum:ſtudioſum:fortem:nunq̃ uirtuoſum apud Ci.inuenies:ex quo ait:tametſi uitioſum dicit:uirtuoſum tñ dicere non auſim. ¶ In eo:i conſulatu.
Pietatis ¶ Officii qd pro meritis in me ſuis efficere debeo:fructus eſt uoluptas:gauderem enim multum non ſolum uideri uſus officio in Milonem:ſed laudari pius in eum fuiſſe. ¶ Pietatis:nunc pro ſingulari amore pietatem accipimus.& plus eſt q̃ officium ut ſupra diximus. ¶ Laudem: commendationem. ¶ Debere quærere: ut Milo conſulatum omnino conſequatur: & illud propne quæri dicitur:quod cum difficultate inuenitur. ¶ Non ſolũ
Nõ ſolũ & non modo ſemper exigunt poſt ſe:aut ſed:aut uerum:ut non ſolũ Athenis cognomen deportaſſe:ſed prudẽ
Nõ mõ tiam:& humanitatem intelligo:& in epiſtola ad Appium. Ita eſt homo non modo prudens:uerum etiã quod
Nedum uidi curioſus. Sed caue dicas ne dum pro non ſolum. Eſt enim alius loquendi modus. Exigit enim ante ſe ora-
Neq̧ uero tionem hoc modo. Adirem pro te mortem ne dum uerba pro te facerem:& ſub uno uerbo utranq̧ ſententiã complecti hoc modo. Adirem pro te mortem nedum laborem. At nullo modo dicendum eſt ſic. Ne dum la-
Nõ aũt borem pro te adirem:uerum etiam mortem:in quo multi errauere. ¶ Neq̧ uero. Ex quadam quaſi compara-
Honos tione dicit:ꝙ nullus unq̃ tanti fecit aut fortunam:aut ſalutem ſuam:q̃ti ego conſulatum Milonis mei. Et ani-
Labos maduerte ꝙ nec:& neq̧ elegãter iungũt cũ hac panicula uero:ſed autẽ nũq̃ pati pñt qd iure ſibi uẽdicat non.
Intelligo Dicim⁹.n.nõ aũt nec uero:& neq̧ uero. ¶ Salutẽ caue dicas:ſalutes nũero.n.multitudinis nõ ĩuenit apd do-
Credo ctos uiros. ¶ Honos:ut adipiſcat cõſulatũ. honos:& labos.p honor & labor nõ tã uerſu.q̃ ꝓſa oratiõe dici poſ ſunt. Sic in Tuſculanis:honos alit artes ꝙ Vir. Semp honos nomenq̧ tuũ. ¶ Omnia mea:nihil excepit:ſed animi:corporis:& rerum æternarum bona ĩtellexit eẽ poſita pro honore Milonis:ut magis Curio moueretur ad id agendum:quod Tullius pro Milone petebat. ¶ Si uolueris:uim habent hæc uerba quaſi ad cogẽdũ ut faciat. ¶ Intelligo:plus eſt q̃ ſi dixiſſet credo. nã quæ intelligimus certa ſunt:quæ uero credimus falſa eẽ pñt. ¶ Prætetea:præter te unum. ¶ Habemus hæc oĩa:aperit ſtatũ cauſæ:& rei peragendæ facilitatẽ oſtendit & Milonis mores:& gratiam:& adiumenta:quæ habeãt:paucis enumerat. ¶ Bonorum ſtudium:habemus inqt ĩ primis bonorum ciuium hoc eſt patritiorum uolũtatẽ:qui conſulatum Miloni uolunt. ¶ Conciliatum:in beniuolẽtiam Milonis & fauorem adductum. ¶ Ex tribunatu Ipſius Milonis:quando de reuocãdo ab exilio Cicerone legẽ tulit. ¶ Propter noſtrã ut (ſpero te intelligere) cãm:q̃ uenuſte inter duas cauſas ſimiliter cadentes diuerſa iterpoſita ſunt uerba:p cauſam uero noſtrã ab exilio reductionem ĩtelligit:de quo ſæpe diximus. ¶ Vulgi ac multitudinis:repete habemus ſtudiũ:& per uulgus ac multitudinem plæbeios ĩtelligit. ¶ Propter magnificẽtiã munerum:ludorum quos populo antea Milo ꝓbuerat:quibus maxime plæbeiorum animos ad ſe amãdũ allexerat.

¶ Iuuentutis:

VBER.¶ Iuuentutis:iuuenum Romanorum.¶ Gratioſorum:qui apud populum gratiã habent.¶ Suffra VBER.
giis:fauoribus:ſunt enim ſuffragia quaſi uoces quæ dicebantur in comitiis:& in tabella ſcribebantur:quũ quiſq; Suffra-
quam ſuam declarabat uoluntatem de aliquo eligendo in magiſtratum:inde ponitur pro auxilio:& ſuffragari gium
eſt auxilium & fauorem ferre:& refragari eſt pugnare:ſed cauendum ne abutamur ſic dicendo.Lacedæmonii Suffra-
ſuffragia miſerunt Athenienſibus.Quia auxilia dicendum eſt:quæ proprie de re militari dicuntur:quamuis & gor
ad alia referantur.Suffragium uero in uoce tantũ dicitur:& ſic ſuffragari & refragari.¶ Ipſius:Milonis.¶ Di- Refra-
ligentiaʒ:quam adhibet ut omnibus ſit gratus. gor

propter magnificẽtiã muneꝝ:liberalitatẽq; naturæ. Iuuẽtutis & gratioſoꝝ in ſuffragiis ſtudiũ pp ipſius excellẽtẽ in eo genere uel grãm uel dignitatem:noſtram ſuffragationem ſi minus potẽtem:at probatã tamen & iuſtã & debitam:& propterea fortaſſe etiã gratioſam.Dux nobis & auctor opus eſt:& eoꝝ uẽtorum quos propoſui moderator quidam:& quaſi gubernator:qui ſi ex omnibus unus exoptandus eſſet:quem tecum conferre poſſumus non habemus

¶ Noſtram:mei Cice.¶ Suffragationem:fa- Auxiliũ
uorem:ut diximus.¶ Si minus:ſi non.¶ Po-
tentem:magnæ auctoritatis.¶ At:ſaltẽ.¶ Pro-
batam:bonam & laudataʒ.¶ Iuſtam:propter
eius probitatem.iuſtum eſt enim fauore bonis.
¶ Debitam:propter eius in me merita.¶ Pro-
pterea:propter id.ſ.quod ſit debita.¶ Gratio-
ſam:quia ſolent eſſe grata ea quæ ex debito ab
aliquo fieri putantur.¶ Ingratum:& enim &
immemorem nemo eſt qui nõ oderit.¶ Dux:
princeps:tractum a militia:ubi milites ſine du-
ce minus audent & ualent.Vnde Virgi.Vrget
præſentia Turni:dicimus autem opus eſt mihi
duce:& opus eſt dux.¶ Ventorũ:uulgi & mul
titudinis:quam uentum appellauit propter inſtabilem:aut quia ex multitudine ſeditio plerũq; mouetur:quæ
ut ſupra diximus tempeſtati comparatur:ſicut etiam tempeſtas ſeditioni:ut Virgilius in primo æneidos.Ac ue
luti magno in populo cum ſæpe cohorta eſt Seditio:ſæuitq; animis ignobile uulgus.¶ Propoſui:ante dixi.
¶ Moderator:rector:id eſt cuius ſapientia & auctoritate ducantur.ut idem Virgi.Tum pietate grauem ac me-
ritis ſi forte uirum quem Conſpexere ſilent:arrectiſq; auribus aſtant.¶ Gubernator:quia de uẽtis locutus eſt: Guber-
gubernatorem etiam tranſitiue dixit:quum proprie de naui dicatur gubernator:ut Virgi.in ſexto æneidos.Ec- nator
ce gubernator ſeſe palinurus agebat.Ergo perſeuerauit in tranſlatione nauigantium:ut ita intelligat:q; quem-
admodum nauigantibus ut ad portum perueniãt:opus eſt qui arte & prudentia ſciat moderari uentos:& eſt
opus bono gubernatore:ita & ſibi opus eſt duce aliquo:qui regat iſtam multitudinem:& ſeruet eam in fauo-
re Milonis:ut conſequatur conſulatum:ne ipſa multitudo & uulgus tanquam uenti ſine moderatore muten-
tur.¶ Vnus:ſolus.¶ Ex omnibus:ciuibus Romanis.¶ Exoptandus:eligendus:optare enim eligere dicitur.
Virgilius primo æneidos.Pars optare locum tecto.Et Terentius in Andria.Quæ ſeſe optauit hic diuitias inho- Opto
neſte parare potiuſquam in patria pauper honeſte uiuere:unde & optio dicitur electio pro optatio.¶ Confer- Optio
re:comparare:quia neminem potiuſquam te eligendum putarem.

PHI.¶ Iuuentutis:repete habemus ſtudia iuuentutis:& aliorum qui gratioſi erant in dandis ſuffragiis.Om- PHI.
nes enim Miloni fauebant:quum ipſe in dandis ſuffragiis maxima prudentia uteretur:ut neminem offende- Suffra-
re & multis gratificari uideretur.Sunt enim ſuffragia:& ſuffragationes in eligendis magiſtratibus uoces & au- gium
xilia:quorum uarius eſt modus.Alibi fabis utuntur:alibi pilulis ex panno factis:alibi uocibus in tabella ſcriptis: Suffra-
ut Senatus apoſtolicus in eligendo Pontifice facere conſueuit.Inde ſuffragari pro auxiliari dicimus:& refraga- gatio
ri pro repugnare:& ſuffragium pro auxilio ponitur:non tamen dicas.Carthaginenſes ſuffragia miſerunt Han- Suffra-
nibali & huiuſmodi:tunc enim auxilia dicimus:non ſuffragia:quæ huiuſmodi uocibus:ut ita loquar accom- gor
modata ſunt.¶ In eo genere:in dandis ſuffragiis.¶ Noſtram ſuffragationeʒ:intellige habemus.¶ Minus po- Refra-
tentem:non multæ gratiæ uel auctoritatis:quoniam omnes ſciebant Ciceronem Miloni plurimum debere: gor
ideo in hac petitione Milonis parum auctoritatis habebat:uidebatur enim non ratione:ſed gratia & debito mo
ueri:aut ad euitandam arrogantiam inquit minus potentem.¶ At:ſaltem.¶ Gratioſam:ex debito.Solent
enim iucunda & grata eſſe:quæ a debito proficiſcuntur.Quis enim laudat ingratum?nemo.Nomina in oſus
deſinentia:copiam:habitationem:uehementiam:& quandam affectionem præ ſe ferunt.¶ Dux nobis & au
ctor opus eſt:qui ad optimum finem hanc rem ducat & methaphora a militibus eſſe poteſt:qui ſine duce non
multum proficiunt.¶ Opus eſt:mihi illa res illius rei:illam rem:& illa re dicimus.¶ Ventorum:a nautis me-
thaphora:& uulgus ac multitudinem intellexit:in quibus nulla ſolet eſſe conſtantia tanquam in uentis:& faci-
le ut uenti mutantur:& ut plurimum in contrariam ſententiam.Virgilius:Scinditur incertum ſtudia in contra-
ria uulgus.¶ Moderator:cuius perſuaſione moueanẽ.ut eſt illud Maronis.Tum pietate grauẽ:ac meriti:ſi for
te uirum quem Conſpexere:ſilent:arrectiſq; auribus aſtant.¶ Gubernator:μεταφορικῶς a naui:cuius rector
gubernator dicitur:ut Virgilius:Ecce gubernator ſeſe Palinurus agebat:& in methaphora nauigantium perſe-
uerauit:cum uentos nominaſſet qui ut arte reguntur:ita regi a certo ducẽ huiuſmodi multitudinẽ oportebat:ne
tanquam uenti mutaretur:ſed conſtans eſſet in fauore Milonis.¶ Vnus:præcipuus.¶ Exoptãdus:eligendus:
¶ Si memorem:ſcilicet beneficiorum:hac uerborum iunctura te uti nolim:ut ab eadem ſyllaba ſumaẽ initiũ
dictionis:in qua ſuperior deſiniit:quando facit inconcinnam orationem:ut illud Maronis:Et dorica caſtra.Eo-
dem modo ab eiſdem ſyllabis dico.Videndum eſt inquit Fabius:ne ſyllabæ uerbi prioris ultimæ ſint primæ ſe-
quentis.Id ne quis præcipi miretur:Ciceroni excidit in carmine.O fortunatam natam me conſule Romam.

VBER, VBER.¶ Quamobrem:concluſio in qua oſtendit nihil ſibi denegādū a Curione ex iis qua petit.¶ Memorem:beneficiorꝫ acceptorꝫ.¶ Si gratū:in referenda gratia:nam ut inquit Ci.beneficium male locatū maleficium puto:& ſtultū eſt in īmemorē & ingratū beneficium cōferre.¶ Si bonū:uirū cui iucundum & dignū benefacere.¶ Vel ex hoc ipſo:dicit ex hoc ipſo:ꝙ Miloni uiro bono faueat:poſſe exiſtimari ſe eſſe uirū bonū.¶ Laborē:curē:ſollicitus ſim.¶ De.i.ꝓpter.¶ Si dignū:generaliter dicit:ſi me ob aliquā rem putas:in quem beneficia tua cōferas.¶ Subuenias:ſuccurras:auxilieris.¶ Meæ ſollicitudini:labori & anxietati q̄ de Milone ſuſcipio.¶ Laudi:q̄a ſperabat maximā laudē ſi eius ſtudiis Milo eſſet adeptus conſulatum:unde ſupra dixit:ſed etiam pietatis laudem debere quęrere.¶ Velut uerius dicam:correctio eſt.¶ Propriæ:meæ.¶ Saluti:exiſtimat enim in Milonis

Dico

conſulatu conſiſtere ſalutē ſuam.¶ Dices:dicare & dare uelis:eſt aūt dico primæ cōiugatiōis:& eſt auctore Donato pluſq̄ dare:dicaṫ.n.perpetuo:datur ad tempus Teren.in Phormione:operam hāc tibi dico.& Virgi.primo æneī.Propriamq; dicabo.¶ De ipſo:ultima pars petitionis:hoc eſt remunerationis oblatio ex perſona Milonis & ex pſona ſua.¶ T.Annio Milone:appellatus eſt.n.Titus Annius Milo.¶ Cōplecti:ſuſcipe defendēdū.¶ Animi:fortitudinis in aggregādis rebus magnis.¶ Grauitatis:auctoritatis.¶ Cōſtātiæ:pſeuerationis erga te.¶ Mihi uero:oſtendit q̄ ſibi gratū ſit hoc futurum qd̄ pro Milone faciet.¶ Adiūxeris:pro adiunges.¶ Vt eūdem:ut cognoſcā te ita fuiſſe prōptum ad ea:in q̄bus agitur ſalus mea:ſicut olim fuiſti in ſalute.¶ Eundē:talem:itā benignū.¶ Qui:qualis.¶ Ego:nūc adducit cām qua te pluribꝰ eū nō rogat:quia Curio ſatis intelligat quæ obligatus ſit Ci.ipſi Miloni.¶ Quātū officii:quātum debiti.¶ Suſtinere:eſſet mihi impoſitum.¶ Cōtentione:uerborꝫ.¶ Dimicatione:cōcertatione ſi ſit opus.

Trado

¶ Trado:tradere eſt fidei alicuius credere.Virgi.in Bucc.Nup mihi tradidit ægon.¶ Tibi:pp ſtudiū & fauorem tuū Miloni p̄ſtitū.¶ Pene:fere.¶ Quā ipſi:qui adiutor fuit in ſalute mea.¶ Neq;.n.ſenſus ē.Nā nō tā mihi chara ē ſalus mea in q̄ ille p̄cipue me adiuuit:q̄ erat iucūda pietas in ferēda grā.¶ Præcipue:maxīe q̄a ēt ab aliis.¶ Referēda grā:reddēdo par meritū.¶ Eā:pietatē.¶ Studio:fauore.¶ Tui uniꝰ:tu:ſolꝰ ſi uolueris Milōi ſtudere.

PHI.

PHI.¶ Si gratū:in referenda gratia beneficium inq̄t Ci.male collocatū maleficium puto:& ſtultū eſt in immemorē & ingratum beneficium cōferre.¶ Si bonū uirum:repetitio eſt:& conferre beneficiū bono uiro iocūdum eſt.¶ Quod.ſ.me eſſe memorem.¶ De Milone:qui eſt uir bonus.¶ De.i.propter.¶ Dices:primæ cōiugationis uerbum:ut Virg.Propriāq; dicabo.Et plus eſt dicare q̄ dare.nam dicamus ppetuo:damus uero ad tempus.¶ Vel ut ue.di. Correctio eſt.¶ De ipſo.T.Annio.T.Annius Milo dicebaṫ:remuneratio petitionis.¶ Maioris animi:articulus.¶ Si complecti hoīem:modus loquendi apud diſertos uiros frequētiſſimus:pro amare & defendere & fauere.Solent & addere amore:uel beniuolētia:fauore:& huiuſmodi:& ita dicere:magno te amore complector:& hominem pro illū ponere:ut uidiſti hoīem:hoc eſt uidiſti illū.¶ Mihi uero:q̄ grāde beneficiū ſit in eum collaturus oſtendit:ſi hanc ſumet pro Milone ꝓuinciam.¶ Eundē:ita diligentē & benignum.¶ In laude mea:maxime ſibi laudi futurū exiſtimabat ſe eius opera Milo cōſulatū adipiſcereṫ.¶ Qui:qualis.¶ In ſalute:qū ab exilio reuocatus eſt.¶ Vbiq; lo.ſuā ab exilio reuocationē ſalutem appellat.¶ Ego ni te:ordo eſt:ego plura ſcriberē:ni te &c.His uerbis cām oſtendit:cur non pluribus uerbis ſecū agat:cū ſciat Tulliū Miloni plurimū debere.¶ Officii:In me collati ab eo.

Dico: do

Cōmē-do te principi Cōmē-do te apud pricipē.

¶ Cōmēdo:indocti dicūt recōmēdo:& recōmitto:& recōmēdationē.Tu fac dicas cōmēdo:cōmitto:cōmēdationē:& intereſt multū cū cōmēdo te principi dicimus:& cōmēdo te apud principē.Nā cōmēdo te principi.eſt cōmitto te.Cōmēdo te apud principē.ē laudo te.¶ Atq; tra.eſt.n.tradere alicuius fidei ſe cōmittere & ſub eius p̄ſidio eē.¶ Habeto:ad finē ſpectat:ut diximus ante.¶ Præcipue:ante alios.¶ Pietas:ſingularis obſeruātia amoris.¶ Studio:opa & diligentia:& fauore.Sane legēdū Tuo uniꝰ ſtudio:uō tui uniꝰ.¶ Cōfido:cōſtāter teneo:uel credo:ut alibi Cic.Quanq̄ Cratippo nr̄o principe huius memoriæ philoſophorꝫ hæc te aſſidue audire:atq; accipere confido.

Quāobrē ſi me memorē:ſi gratū:ſi bonū uirum uel ex hoc ipſo ꝙ tā uæhementer de Milone laborē exiſtimare potes:ſi dignū deniq; tuis bn̄ficiis iudicas:hoc a te peto:ut ſubuenias huic meæ ſollicitudini:ut huic meæ laudi:uel(ut uerius dicā)ꝓpriæ ſaluti tuū ſtudiū dices.De ipſo Tito annio tm̄ tibi pollicior te maioris aī:grauitatis:cōſtātiæ:beniuolentiæq; erga te(ſi cōplecti hoīem uolueris)hiturꝫ eē neminem.Mihi uero tm̄ decoris:tm̄ dignitatis adiunxeris:ut eūdē te facile agnoſcā fuiſſe ī laude mea:q fueris ī ſalute ego ni te uidere ſcirē:quū ad te hoc ſcriberē q̄ntū officii ſuſtinerem quātope mihi eēt ī hac petitiōe Milonis oī nō mō cōtētiōe:ſed ēt dimicatiōe elaborādū:plura ſcriberē.Nūc tibi oēm rē atq; cām meq; totū cōmendo atq; trado.Vnū hoc ſic hēre:qd̄ ſi a te hāc rem īpetrauero:me pene plus tibi q̄ ipſi Miloni debiturꝫ.Nō.n.mihi tā mea ſalus fuit chara:q̄ p̄cipue ſū ab illo adiutꝰ:q̄ pietas erit ī referēda grā iucūda.Eā aūt tuo uniꝰ ſtudio me aſſeq poſſe cōfido.

M.T.C.Curioni.Salutem dicit.

ſ Era gratulatio repræhendi non ſolet:præſer

VBER.

Era gra.poſt finitū tēpus magr̄atꝰ:quē Curio geſſerat in Aſia.reuerſus Romā creatꝰ ē tri.ple.cui Ci.ex Cilicia ſcribēs:p̄imū excuſat ſe de ſera gratulatione huiꝰ dignitatis.Deinde ei gratulaṫ:& ſiſ hortaṫ:ut prudētia ſua ita ſe regat ne aliorū ꝯſiliis auferaṫ.Intelligebat.n.Ci.Curionē a Cæ.ſollicitari i ptes ſuas:quem ut diximus:ære alieno oppreſſum tādē adegit.Itaq; nūc Ci.eū laudās hortatur:ut ſit fortis & ꝯſtās tuendi rep.& cū ſit

da repu.& cũ ſit ſapientiſſimus: ita ut aliis poſſit conſulere: multo melius dicit eũ poſſe cõſulere ſibiipſi. Poſtea
Ci. dolet q̃ nõ ſit Romæ: ut poſſet aut ſpectare quæ p̃clara a curione geruntur: aut etiã eum cõſilio iuuare po
ſtremo rogat eum ut det operã ne tempus prouinciæ ei prorogetur: queadmodũ dicit ſe eũ rogaſſe Romæ co
rã. ❡ Sera: tarda. ❡ Gratulatio: eſt gaudiũ ex aliena fœlicitate: alias uero pro actione gratiaꝝ ponitur & gratu Gratula
lari pro agere gratias. Teren. De ſine mulier gratulando deos obtundere. ❡ Prætermiſſa: ad tpus omiſſa. ❡ Ab tio
ſu3: quia cilicia procul abeſt ab urbe Roma. & eſt excuſatio ſeræ gratulationis. ❡ Sero audio: quæ Romæ fiũt gratulor
propter longinquitatem locoꝝ & itinerum diffi
cultatẽ. ❡ Sed tibi: dicit ſe nunc facere quod di-
ſtulit ut gratuletur Cice. de tribunatu adepto.
❡ Exopto: uotis & precibus expoſco. ❡ Iſte: tu
us. ❡ Sempiternæ laudi: ut ita eum geras: ut cõ
ſequare ſempiternam laudem. ❡ Gubernes: tra
ctum ut diximus ſupra ab eo qui nauem regit.
❡ Moderere: cum modo & rõne regas.

tim ſi nulla negligẽtia p̃termiſſa eſt: lõge. n. abſum:
audio ſero: ſed tibi & gratulor: & ut ſempiternæ lau
di tibi ſit iſte tribunat⁹ exopto. Teq́ hortor: ut oĩa
gubernes & moderere prudẽtia tua: ne te auferant
aliorũ cõſilia: nemo eſt q̃ tibi ſapiẽtius ſuadere poſ-
ſit ipſo nunq̃ labere: ſi te audies. Non ſcribo hoc te
mere: cui ſcribam: uideo. Noui animum: noui conſi

SEra gratulatio: ꝯgratulatur Curioni PHI.
q̃ ex aſia reuerſus tribunatũ cõſecu
tus ſit quem magiſtratum adiiſſe &
factum Cæſari inimicu3 Appianus
ſcriptum reliquit. Sed eum tandẽ ære alieno oppreſſu3 Cæſar in ſuas partes adduxit: ut ante diximus. Hortatur
q̃ Curionẽ ad ſuſcipiendã reip. defenſionẽ: & per paucos intelligat eſſe Romæ: qui ſaluã rempu. uelint: adhibe
at in conſilium neminem: ſed ſe ſolum audiat: ſibi obtemperet: ſuũ duntaxat cõſiliũ ſequatur. Inde dicit ſe do
lere q̃ abeſt ab urbe: & ſpectare nõ põt quæ ab eo geruntur in rep. Poſtremo rem ſua3 Curioni cõmendat: ne
ſibi in cilicia prorogetur imperium. Erat aũt tum Ci. quũ has ad eum litteras ſcriberet in cilicia procon ul: Cu-
rio Romæ tri. plæ. Ex quo uidendum in primis cuiuſmodi magiſtratus iſti fuerint. Proconſules erant: qui cum Procon
poteſtate cõſulari extra ordinem in prouincias belli gerendi cauſa mittebantur: & eandem prope modum po- ſules
teſtatẽ habebãt: quã conſules: niſi q̃ .vi. tantum lictores ſecum ducebant: illi. xii. Et ſi quidẽ is aliqua occupatus
cauſa: ad prouinciam ſibi traditã accedere: aut ibi adeſſe nequiuiſſet: legatum ſurrogabat: qui prope modũ pa-
rem proconſuli p̃tatem gerebat. Res. n. grauiores adminiſtrare nequiebat: quæ pro conſuli procurandæ deſe-
rebant. Procõſularis uero dignitas fuit primũ eo tpe ut arbitror inſtituta: quo Poſthumus Albus: & Sp. Fuſcus
cõſulatum gerebant: quoꝝ alter aduerſus equos bellum gerens obſeſſus eſt: alter in urbe remãſerat: & is ut col
legæ ferret auxilium. T. Quintiũ proconſulẽ creauit: ante ipſum inuenio nemine3. Hæc deinde ita diffuſa & ob
ſeruari cœpta eſt: ut qui conſules fuiſſent exacto eorũ officio ſequenti anno proconſules remanerent: & ad di-
uerſas belli gerendi cãs prouincias mitterentur. Tribunoꝝ tria ſunt genera: Celeꝝ. Militũ & plæbis. Tribuni ce- Tria tri-
lerũ. ccc. milites ad cõtinuũ & regis: & reip. p̃ſidiũ ſub ſe habebant: quos primus oĩum Romulus ex quaq́ cu- bunoꝝ
ria: quas ipſe. xxx. cõſtituerat. x. aſciuit: & his tres uiros præfecit: eoſq́ quoniam a tribubus elegerat: tribunos uo genera
luit appellari. Celeres uero a celeritate plæriq́ dictos exiſtimant. Sunt qui a Celere: qui Remum occiderat: &
qui prio h's ordinib⁹ a Romulo præfectus fuerat: appellatos putẽt. Tribuni uero militũ totius exercitus defen
ſores erãt ne uis aliq̃ uel ſeditio inter milites oriretur. Et tres primũ ad poſtulationẽ plæbis ꝯſtituti: q eãdẽ cũ cõ-
ſulibus habebant p̃tatem: cum bella ſæuirent: & ex plæbe delectus fieret: ne grauiter ferret. Tres inquam con-
ſtituti fuerunt: Sempronius: Atracinus. L. Actilius. & C. Celius uiri Patritii. M. Genutio: & P. Curiatio coss. An
te hos tamen tri. pl. erant qui aduerſus omnem ſenatum plebem defenderent. Iſtorum uero creandorum cau-
ſarum initium fuit ſeceſſio plæ. a patribus in montem ſacrum facta qui tertio lapide diſtat ab urbe. Fuit & Me-
netii Agrippæ diligentia hac ꝯditione reuocata: ut plæbeios magiſtratus in urbe haberet. Tunc duo creati ſunt
tri. plæ. Aulo Virginio: & T. Vetulio coss. Addit deinde fuerũt tres alii. T. Quintio & Appio Claudio coss. De
mũ. v. alii. Qu. Minutio: & M. Horatio Puluillo coss. quorũ quidem tribunorum tanta erat auctoritas: ut om-
nia ſenatus decreta irrita tenerentur niſi per eos approbata: ipſorumq́ ſignata ſigillo fuiſſent. Veru3 quæ & q̃ta Sero
fuerit tribunorum potentia. A. Gel. Labeonis ſententia: atq́ Varronis oſtendit: quod in eo legere poteris. ❡ Se- Serotinus
ra gratulatio: quandam excuſationem præmittit: quoniam aliquantulũ tardus in gratulando fuiſſe uidebatur. nus
❡ Sera: tarda. Martialis. Nil facis: & ſerum eſt alium mihi quærere regem. ❡ Longe abſum: multum enim di- grator
ſtat ab urbe Ro. Cilicia: in qua tunc Ci. proconſul. ❡ Audio ſero: quæ Romæ geruntur: hoc eſt tarde. Nec tu di gratulor
cas bonum ſero pro bona ueſpera id enim nunq̃ lectum eſt: tametſi non ſolum tarde ſignificet: ſed poſt ſolis Sẽpiter-
occaſum: unde ſerotinus. ❡ Sed tibi. Nunc ſe gratulari dicit: q̃ longinquitas locorum abſtulerat. ❡ Gratulor: num
Gratari & gratulari ſignificatione nõ differunt: ſed ſtilo. Gratari. n. poetarum eſt: & hiſtoricorum. Gratulari ue- Perpe-
ro oratorum: ſignificantq́ uerbis oſtendere te gaudere alicuius fœlicitate apud eum qui fœlix eſt: & datiuum tuum
uolunt: ut Gratare ſorori: & tibi gratulor: & ad nos ipſos interdũ referri poteſt ob aliq̃ fœlicitate3 noſtram: ut ſi
dicimus Gratulor ſcriptis meis. ❡ Sempiternæ: nunq̃ perituræ. Sempiternum diis damus. Perpetuum homi-
nibus: ❡ Moderere: cum modo regas & ratione. ❡ Prudentia: quæ eſt rerum bonarum: & malorum per om-
ne tempus ſcientia. ❡ Ne te auferant: in eorũ ſententiã ducant defenſionẽ reip. deſerendo: & hoc p̃pter Cæſarẽ
dixit: qui eum in partes ſuas adducere conabatur: quod tãdẽ fecit. Auſero ex ab & fero: & b. in. u. mutat. ❡ La-
beris: in errorem cades: accentũ in penultima: μεταφορικῶς dixit. Temere: ſtulte: ſine cauſa. ❡ Si te audies: ſi
tuum conſilium ſequeris. ❡ Cui ſcribam uideo: quaſi dicat: ſe uideri ad prudentiſſimum uirum ſcribere: Em-
phaſis eſt. ❡ Noui animum. ſ. eſſe magnificum: laudem. & gloriam appetentem: & libertatis amantiſſimum.

VBER. VBER. ¶ Aliorum conſilia: neminem nominat: ſed latenter ſignificat Cæſarem: qui nitebatur Curionē in partes ſuas: ut diximus: trahere. ¶ Auferant: adducant a recto propoſito & ſnīa defendendæ reip. ¶ Suadere: conſulere. ¶ Labere: penultima producta .i. errabis: & eſt tranſlatio. ¶ Audies te: auſcultabis tibi: & conſiliū tu-
Timiditas um ſequi uolueris. nam audire precepta alicuius dicimus cum eis parem⁹. ¶ Temere: ſine cauſa. ¶ Cui: quali. q.d. ſapientiſſimo & conſtantiſſimo ciui. ¶ Animū: fortem & ſtudioſum libertatis. ¶ Conſiliū: prudētiam.
Rectū ¶ Timide: quia dixit noui animū tuum: eſt.n. timiditas ꝯtraria fortitudini. ¶ Stulte: propter id quod dixit: no
Incideř ui cōſiliū: quia ſtultitia contraria eſt prudentiæ.

liū tuū: non uereor ne qd timide: ne qd ſtulte facias: ſi ea defendas: q̄ ipſe recta ſenties. Quod in id reip. tp̄s nō incideris ſed ueneris. Iudicio enim tuo nō caſu in ipſum diſcrimen rerum cōtulit tribunatū tuū: profecto uides quāta uis in repu. tporum ſit quāta uarietas rerum: q̄ incerti exitus: q̄ flexibiles hoīum uolūtates: quid inſidiarum: quid uanitatis in uita ſit: non dubito quin cogites. Sed amabo te cura & cogita nihil noui: ſed idem illud qd initio ſcripſi tecum loquere: & te adhibe in conſilium: te audi: tibi obtēpera. Alter qui melius dare conſilium poſſit q̄ tu: nō facile inueniri poteſt. Tibi uero ipſi certe nemo melius dabit. Dii īmortales cur ego nō adſum uel ſpectator laudum tuarum: uel particeps: uel ſocius: uel miniſter cōſiliorum tametſi hoc minime tibi deeſt: ſed tamē efficerer magnitudo & uis amoris mei cōſilio te ut poſſem iuuare. Scribam ad te plura alias. Paucis enim diebus eram miſſurus domeſticos

¶ Senties: iudicabis. ¶ Recta: honeſta: nam rectum dicitur quod cum officio fit: idē & honeſtū dicitur. ¶ Quod: quia. ¶ Incideris: caſu ueneris. ¶ Sed uene. i. iudicio & certa ſnīa ueneris nam incidere eſt caſu incurrere & uenire: ut incidi in latrones: incidi in magnam perturbationē reipu. ¶ Iudicio. i. certa ſnīa: ꝯſulto. ¶ Non caſu: nō incōſiderate: nō fortuito. ¶ Contuliſti tribunatū in ipſum diſcrimen. i. uoluiſti eē tribunus in ipſo periculo reip. ¶ Diſcrimen: nūc periculū: alias experiētia ſignificat & differentiam. ¶ Rerū: imperii & ſtatus Romani: ut Virg. ii. æneid. poſtq̄ rex Aſiæ. ¶ Contuliſti: conieciſti: detuliſti. ¶ Vis tēporū: ipetus & uiolentia tporū:
Tēpora tpa autē pro cōditione tēporū ponunē: ut Ci. o motes o tpa. ¶ Varietas: diuerſitas: alii. n. gaudēt iſto ſtatu: alii dolent. ¶ Incerti: ignorati: dubii. ¶ Inſidiarum: fraudū: ꝑditionū: ut Accipe
Vanitas nunc danaū inſidias. ¶ Vanitatis: mendacioꝝ:
Vani & infidelitatis: nā ut inqt. A. Gelli. uani ſunt nō ut uulgo deſipiētes & hebetes aut inepti: ſed ut ueterum doctiſſimi dicunt: mendaces & infidi: & Nonius inſidioſos & ſubdolos dici oſtendit. ¶ Ambo: blandientis eſt particula cōicis ualde familiaris. ¶ Initio: huius epiſtolæ: repetit autē eandē ſniam diuerſis uerbis. ¶ Tecū lo. idē eſt qd ſupra. Nemo eſt qui ſuadere tibi prudētius poſſit &c. ¶ Obtēpera: obſequare. ¶ Tibi: tuo iudicio. ¶ Alter. i. alii. ¶ Tibi: argumētū a minori ad maius: ut qui aliis ꝯſulere
Spectacula ſciat: ſi multo meli⁹ cōſulat. ¶ Dabit: ꝯſiliū. ¶ Dii imortales: exclamatio ꝓ magno deſiderio Curiōis. ¶ Nō adſum: Romæ. ¶ Spectator: inſpectator: cognitor: ſpectamus. n. q̄ ſunt uoluptati: unde & ſpectacula laudū: uirtutū: uel reuera cōmēdationū: quas ex tribunatu tuo adipiſceris. ¶ Particeps: cōmunicator: uel paſſiue. i. cui tu participares ꝯſilia tua. ¶ Socius: in laboribus. ¶ Miniſter: ſuggeſtor. ¶ Hoc: ſcilicet hře cōſilia. ¶ Minime deeſt: quia per te multum ſapis. ¶ Vis. uehementia: poteſtas. ¶ Iuuare: auxilio eſſe. ¶ Conſilio: meo. ¶ Alias: alio tēpore. ¶ Paucis dieb⁹: ideſt intra paucos dies. ¶ Domeſticos: proprios meos: nā erant tabellarii publici.
PHI.
Timor PHI. ¶ Noui eō. eſſe ſaniſſimū: & reip. profuturū: quod ex aīo tuo naſcič. ¶ Timide: ad aīū refer: timor. n. eſt contra magnanimitatē. ¶ Stulte: ad cōſilium: ſpēs eſt malitiæ: nā ſtultitia eſt prudentiæ cōtraria: ex qua naſcič cōſiliū. ¶ Senties: cenſebis. ¶ Non inci. ſed ueneris. Vnum in caſu & fortuna: alterū in iudicio & conſilio poſitum eſt. ¶ Iudicio: conſiliū conſulto & dedita opera. ¶ Caſu: fortuito. ¶ Diſcrimen re. periculū reip. ut eā defenderes: nā res pro ſtatu reip. poſuit: ut Res agamēnonias: uictriciaq; arma ſecutus. Vir. Per tot diſcrimina rerū. alias drīam ſignificat. Virg. Tros tyriuſq; mihi nullo diſcrimine ageč. ¶ Cōtuliſti: cōieciſti. ¶ Tribunatū tuū: ꝙ tribunus eſſe uoluiſti: cum tanto periculo reſpu. laboraret. ¶ Temporum: perturbationū. ¶ Quid inſi.
Vanus qm̄ nuſquā tuta fides: numero tantum multitudinis inſidias dicimus: & fraudes: atq; proditiones ſignificant. ¶ Quid ua. refertur. n. uanitas ad fingenda mēdacia: & perfidiā: & differt a ſtoliditate: cuius rei meminit Apollinaris auctore nigidio apud Gelliū his uerbis. Vanos proprie dici non: ut uulgus dicit deſipientes hebetes: aut
Stolid⁹ ineptos: ſed ut ueterū doctiſſimi dixiſſent: mendaces: & infidos: & leuia inaniaq; pro grauibus & ueris aſtutiſſime cōponentes Stolidos aūt uocari nō tam ſtultos: & excordes: q̄ tetros: & moleſtos: & illepidos. quos græci μυχθηρους και φορτικους dicunt. ¶ Quin: ꝙ nō: ut Quin uatē inſanā aſpicias. ¶ Alias quin: pro imo etiam atq; etiā ut quin aſpera Iuno. Interdū pro cur non. Vir. Quin tu aliqd ſaltē potius quorū indiget uſus Viminibus: molliq; paras detexere iunco: & indicatiuo iungič tm̄ in proſa orone q̄ uerſu. Fabius. Quin tu potius amitis iuuenis conſilii rationē. ¶ Amabo: aduerbiū blandientis eſt & in antepenultimā habet accentū. Teren. Dic amabo. ¶ Cura: & cogita: imperantis uerba: nō cura & cogitatione: ut quidā legunt. ¶ Nihil noui: nolo inquit aliqd noui cogites: aut cures. ¶ Sed illud idē quod initio ſcripſi: ſcilicet ne te auferant aliorum conſilia: & huiuſmodi ſuperius dicta. ¶ Tecum loquere: eundem ſenſum cum ſuperioribus per diuerſa uerba. ¶ Conſilium: quia
Specto nemo ita fauebat reipu. ut ipſe curio. ¶ Spectator: qui inſpiceret laudes tuas: quas ex tribunatu conſequeris.
